011350 a 18

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ

ΜΕΛΗ.

ANACREONTIS TEII

CARMINA:

Accuratè Edita;

Cum NOTIS perpetuis;

Et VERSIONE LATINA,

NUMERIS ELEGIACIS

Paraphrasticè expressâ.

Accedunt Ejusdem, ut perhibentur, Fragmenta; & Poetriæ *SAPPHUS*, quæ supersunt.

LONDINI:

Impensis LAWTONI GILLIVER, ad Insigne *Homeri*, in Vico *Fleet-street*.
M.DCC.XXXIII.

1733

PRÆFATIO.

QUarum rerum ab Editoribus, Interpretibuſque librorum in Præfationibus ratio reddi ſolet; de iis, quod ad hunc libellum ſpectat, benevole Lector, hæc accipe. Multi ſunt anni cùm à Juvene quodam in Academiâ Oxonienſi, admodùm juvene, imò penè puero, elegantiſſimi Poetæ Anacreontis Carmina numeris Elegiacis donata ſunt. Nolim putes, ob hoc dictum, crudum atque inconditum opuſculum literato Orbi hic obtrudi; & excuſari velle nos, quòd ſit juvenile: Quo nihil ineptius, vel impudentius. Si enim mala ſunt, vel minus bona, quæ chartis illeveris; quorsùm typis mandantur? Excudenda ſunt videlicet, quòd ab adoleſcentulo te fuerint compoſita. Eſto. Sed

operæ pretium esse censes omnibus, scire te adolescentulum mediocria quædam carmina panxisse? Id populus curat scilicet. Si non digna sunt quæ evulgentur; oportet non evulgari, quocunque ætatis tuæ anno scripta fuerint: Si sunt; evulgari ea decet, etiam si nondum septennis scripseris. Noster igitur, cui persuasum hoc semper fuit, nunquam hæc in lucem exire permisisset; nisi considerasset plurima à robis fermè pueris exarari, quæ viri emendare vix ac nè vix possumus. Quod ad alia attinet multa, longè alitèr se res habet; emendari & possunt, & debent. Ille itaque juxta normam hanc versionem perfecit suam; Correxit vir, idque pro virili accuratissimè, quæ adolescentulus scripsit, omnibus in locis (non paucis quidem illis, ut ferè fit) quæ correctione indigebant. Correctione indigere etiam nunc opus suum nullus dubitat: Neque enim is est ut existimet quidquam à se compositum omni ex parte esse perfectum; imò alieniſſima est

à

à mente ejus atque moribus iſta arrogantia. Cùm verò Claſſicos (quos vocant; eſt autem vox Gelliana) Auctores, tum Græcos, tum Latinos, ac in primis Poetas, mirificè ſemper amaverit, atque etiamnum amet; in quorum etiam ſcriptis evolvendis haud ſe inficiatur mediocritèr eſſe verſatum; quia nimirùm opinatur eorum lectionem non ſolùm ad acuenda & expolienda legentium ingenia, verùm etiam ad ſeverioris literaturæ, tam ſacræ, quàm humanæ, incrementum plurimùm conducere: perpeſſus eſt tandem ſe amicorum hortatibus eouſque vinci, ut Verſionem hanc, unà cum novâ Anacreontis Editione, & Notis perpetuis, publici juris fieri permiſerit. De quibus ſingulis par eſt ut nonnihil hic dicamus.

Quod ad Auctorem ipſum; Anacreontis Tëii verſiculis nitidius, delicatius, elegantius, nihil habet tota Antiquitas. Adeò terſus eſt, & politus, ingenio excellens, judicio temperatus; ut (de Poetâ enim

fas ſit poeticè loqui) omnes Muſæ & Gratiæ labris ipſius, & calamo, inſediſſe videantur. Præcipuum, quod tractat, Argumentum, Epicureum iſtud Præceptum eſt, à S. Paulo notatum; *Edamus, & bibamus; cras enim morimur.* Neque vero abſimile eſt beatum Apoſtolum, qui Poetas Græcos interdum diſertè citat, ad Anacreontem ipſum ibi reſpexiſſe. Atque hinc ſubit obſervare, à Scriptore divinitùs inſpirato, commate proximè ſequenti, tanquam antidotum contra Epicureum modò memoratum Apophthegma, citatum eſſe Iambicum iſtud carmen Menandri;

Φθείρουσιν ἤθη χρῆθ' ὁμιλίαι κακαί.

Unde occurrit porrò obſervandum, Anacreontem, Ethnicus ſit licet, & Epicuri de grege, cui *ſummum Bonum* Voluptas, fœdis ſive obſcœnis verbis, vel imaginibus, bonos mores non corrumpere, neque caſtas aures lædere; unâ tantùm ſententiâ exceptâ, quam Interpres noſter in Verſione omiſit:

omiſit: Sit licet multis verecundior, quæ extant apud Ovidium, Horatium, Juvenalem, alios; quos tamen nemo ſanæ mentis Chriſtianorum è manibus excuſſos velit. Qui in Ethnicorum, præſertim Poetarum, libris legendis, triticum à lolio, ſalubria edulia à veneno, vel nequit, vel nonvult ſecernere, quique eorum ſpurcitiâ inquinari ſe patitur, quin & ab eâdem toto animo non abhorret, is Chriſtiani nomen vix meretur. Sed ut ad Anacreontem redeamus. In verbis, conceptibuſque caſtus eſt, ut diximus: & nullum certè eſt periculum nè homines Chriſtiani Epicurei, cujus meminimus, Dogmatis, ejuſque decantati tantùm, contagio hodie temporis inficiantur; neve Tëii Senis carmina ſacris literis anteferant. Neque mirandum eſt, virum in Gentiliſmi tenebris ac cæcitate verſatum iſto modo ſive ceciniſſe, ſive ratiocinatum fuiſſe. Quinetiam vera eſſet iſta ratiocinatio, ſi vera eſſet Epicureorum de animis hominum opinio; Teſte

θεοπνεύστῳ

Θεοπνεύστῳ illo ſuperiùs laudato: *Si mortui non reſurgunt; edamus, & bibamus, cras enim morimur.*

Atque hic è re erit adnotare, ut miſera Epicuriſmi imbecillitas oſtendatur, ultimam Oden Anacreontis (ultimam dico earum quæ pro certo ſunt genuinæ, quæque idcircò carminibus Elegiacis hoc in libello illuſtrantur) præcedentium omnium, quatenùs de morte agunt, pleniſſimam eſſe, & liquidiſſimam refutationem. In illis, Poeta, ſenex licet, argumentum iſtud jocosè admodùm tractat, quaſi res nihili ſit; & de morte loquens ridet, bibit, ludit. In hâc, valdè ſenex jam factus, & mortem reverà inſtare atque imminere ſentiens, longè aliam canit cantilenam; gemit, plorat; Orci tenebras, & Tartareum ſpecus, perhorreſcit; Gravis eſt, ait, in antrum iſtud deſcenſus; nec exinde unquam redire permittitur. Quàm lepida, ſed vana Comœdia! Quàm verus, & triſtis Epilogus!

Ut

Ut à moribus ejus, & doctrinâ, ad ingenium revertamur: Falluntur, qui, incuriosè & oſcitantèr legentes, illum iſtud de quo diximus Præceptum, Voluptatibus indulgendum eſſe ſcilicet, propter vitæ brevitatem, ferè unicum perſequi arbitrantur, atque idem documentum centies repetere. Nam præterquàm quòd materiam hanc mirâ varietate exornet; Odarum parte longè maximâ, alia, eaque elegantiſſima, Argumenta, ſummâ cum elegantiâ, celebrat. Fabulas fingit Poeticas. Ut de Cupidinis dolo noctu vagantis, III. De Eodem à Muſis capto, & in vincula conjecto, XXX. De Eodem ab ape punc̃to XL. De Ejuſdem Sagittis, XLV. &c. Deſcriptiones pulcherrimas; ut Scenæ Ruralis, XXII. Veris, XXXVII. Veneris ſculptæ, LI. Vindemiæ, LII. aliaſque. Somnia narrat ſua, VIII, XLIV. Laudes canit; Florum principis, Roſæ, V, LIII. Cicadæ, XLIII. Ut Amicam ſuam, & Amicum, laudet, ſimul & deſcribat;

bat; inſtruit Pictorem quo modo pingi eos velit, XXVIII, XXIX. Similiter inſtruit Fabrum argentarium quomodo Poculum ſibi velit fieri & cælari, XVII, XVIII. Columbam, ſuprà quàm dici poteſt, bellè loquentem inducit, IX. Vide inſuper Odas I. II. VII. X. XII. XIV. XVI. XX. XXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XLVI.

De Auctore hactenus. De Editione, & Verſione; ſcias primùm, hanc illi occaſionem atque anſam dediſſe. Verſio enim, carminibus hexametris & pentametris concinnata, præcipua res eſt quam pro ſuâ habet qui hunc tibi libellum offert; quique Editor nunquam fuiſſet, niſi priùs fuiſſet novo hoc modo Interpres. Quando autem viſum fuit novam etiam Editionem adornare; operam dedit ut id fieret quàm accuratiſſimè. Codicibus inter ſe collatis, Textum ſtabilivit emendatiſſimum; variantes lectiones addidit; ex aliorum annotationibus optima quæque ſe-

legit,

legit, ſuſque deque habitis quæ prorsùs nihili ſunt, & ad librum tantummodò ſuffarcinandum, vel ad Annotantis eruditionem oſtentandam, inſerta; adjectis denique de ſuo (eſt autem de ſuo pars maxima) quæ ad loca quædam illuſtranda multùm facere videbantur, anteà valdè obſcura, nec ab Exponentibus ſatis intellecta. Barneſio, viro Græcè ſcientiſſimo, quoad Textum in pleriſque aſſentitur; quoad Expoſitionem ſæpiſſime. Reliqui Editores, Interpretes, Expoſitores, ſunt Henricus Stephanus, Elias Andreas, Tanaquillus Faber, Domina Dacieria, & Gulielmus Baxterus; è quibus hauſit quæcunque ad inſtitutum ſuum conferre ratus eſt.

Eſt autem Verſio, uti dictum, præcipua res, quæ hîc tibi, Lector, offertur; cùm ſit penitùs nova, & (ut ſperamus) haud penitùs improbanda. Non proſaica, ſed poetica eſt: nec Anacreontis ſenſum duntaxat, ſed elegantias etiam expreſſas dare conatur. Atque hujus gene-

ris nulla eſt alia, (quod ſciam) Græci alicũjus Poetæ Verſio; niſi forſan excipiamus Anacreontem ipſum, partim ab Henrico Stephano, partim ab Elia Andrea, metro Anacreontico latinè redditum. Sed præterquàm quòd verbum verbo reddant fidi nimis interpretes; atque ità felix Auctoris ingenium, & divitem venam amittant; carmina, quibus utuntur, Anacreontica Latinitati minùs conveniunt. Noſter igitur, quò Anacreontem meliùs imitaretur, illius metrum non eſt imitatus; liberiori tum verſificatione, tum interpretatione, uſus. Sed paraphraſticè licet, quodammodò, vertat; tantùm abeſt ut vertat licentèr, ut ipſam vocem *paraphraſticè* in Libri Titulo meliùs fortaſſe omiſiſſet. Nihil prætermittit quod vel leviſſimi ſit momenti; nihil addit, niſi quod in materiâ Auctoris planè includatur: Perpaucis tantummodò verſibus exceptis, iiſque ex materiâ Auctoris ultro ſubnaſcentibus; quos tamen (adeò erat ſcrupuloſus) hiſce notis

notis ["] distingui voluit. Illas adjecit, ut aliquantò rotundior esset istis in locis & sensus, & verisificatio.

Optandum equidem foret plures haberemus Græcos Vates cum hujusmodi Interpretationibus editos. Quàm absurdum est venustissimæ Poesi Græcæ insulsam atque elumbem prosam Latinam è regione respondere. Clauso libro, & paginis se mutuò tangentibus, miseret me infelicis Atticæ, Ionicæ, vel Doricæ paginæ; ocurritque imago Mezentianæ crudelitatis apud Virgilium;

Mortua quinetiam jungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora;
Tormenti genus ——

E contrà, secundum nostram methodum, Versio ipsa (si sit qualis esse debet) novum est, & ingenioſum opus poeticum. Illa, & Archetypum novam sibi invicem

lucem offundunt, novas in ſe invicem veneres reflectunt, retorquentque: Et utraque ſimul ſumpta *bellas literas* (ut Galli loquuntur) i. e. humaniores, & politas, ſive Eruditionem Philologicam, Artem Criticam, & Claſſicorum notitiam, mirum in modum promovent.

Atqui inquies, Metaphraſin, ſive *literalem* (quod aiunt) *Tranſlationem*, neceſſariam eſſe in uſum Tyronum; cùm Paraphraſis ſingula verba non explicet. Sed rogo te; num deſunt Lexica? Nonne ſatius eſt multò, Tyrones ex iis, & concinnâ Paraphraſi poeticâ cum iis conjunctâ, integrum Auctoris ſenſum expiſcari; quàm in craſſo atque hebete ſoluto ſermone ἐξηγητικῷ inhærere? Vocabula inſolentiora, ſive minùs uſitata, in notis hîc explicantur omnia; omneſque locutiones è pluribus vocabulis conflatæ, in quibus vel tantillum ineſt difficultatis. Adde his, quòd ad literam factæ proſaicæ interpretationes, ſicut ſemper

ſemper invenuſtæ ſunt, ità interdum ſint falſæ: Accidit ſæpenumerò, eos qui verbum verbo reddunt nullum totius ſententiæ conceptum ſibi in animo habere. Sic fabrorum pueri, vel famuli, ligna & lapides ſatis ſcitè ferunt; infelices interim operis ſummæ, ignari quâ ratione conficienda ſit muri vel domûs ſtructura. Quin & voces ipſas ſeorſim ſumptas ſæpè perperam interpretantur hi interpretes. Quis autem Scriptoris verba veriùs aut meliùs explicaturus eſſe videtur, & ad illud opus magis idoneus; quàm qui, ut eum poeticâ verſione illuſtret, in penitiſſimum ejus ſenſum omni ſtudio penetravit, ac reconditiſſimas veneres ſummâ curâ & diligentiâ rimatus eſt? Certè veriſimile eſt neminem verba alicujus hominis meliùs intellecturum, quàm qui intima ipſius ſecreta, & arcanam mentem intelligit.

Cùm Anacreontis Poemata Μέλη, Carmina, i. e. Odæ nominentur, & inſcri-

bantur ; cùmque de Lyrâ ſuâ identidem loquatur, & inter Vates Lyricos numeretur ; objiciet forſan quis, debuiſſe metricæ Verſioni metrum Lyricum tribui. Ità fieri non malè potuit, fateor; ſed neceſſe non erat. Materia ejus, & Argumenta apprimè congruunt numeris Elegiacis; quibus nihil mollius, vel dulcius. Canebantur antiquitùs tam Elegiæ, quàm Odæ ; illæ quidem non ad Lyram, ſed ad Tibiam. Erat autem Lyricorum tam Tibia, quàm Lyra.

——— *Si neque tibias*
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Hor. Od. 1. Lib. I.

Quem virum, aut heroa Lyrâ, vel acri
Tibiâ ſumis celebrare, Clio ?

Od. 12.

Deſcende cælo, & dic age tibiâ
Regina longum Calliope melos.

Od. 4. L. III.

Ovidii

Ovidii autem Amorum Libros (atque ejuſdem argumenti, & ingenii hîc ſunt pleraque omnia) Elegias eſſe quis neſcit? Imò illius prima Elegia à primâ Anacreontis Ode manifeſtè deſumpta eſt.

Arma gravi numero, violentaque tela parabam
Edere, materiâ conveniente modis.
Par erat inferior verſus; riſiſſe Cupido
Dicitur, atque unum ſurripuiſſe pedem.

Aliaque ab eodem Græco mutuatur idem Romanus. Odæ quidem nominantur Anacreontis omnia, de quibus nobis ſermo eſt; (Epigrammata ejus, ſi qua ſunt, non ſunt hujus loci) ſed numeri penè iidem, ejuſdemque tenoris in omnibus. Duo ſunt duntaxat, ſi paucos verſus demas, eorum genera, eaque parùm diſſimilia. Anne igitur debuerant in unum ſolummodò, aut duo lyricorum genera latinè transferri? An in omnia quæ extant apud Horatium? Utrumque minùs

rectè. Prius; Quia cùm in Odis Latinis tanta ſit carminum varietas, quæ omnia ab Horatio Lyricorum principe uſurpantur; malè comparatum eſſe videretur, ſi Odarum Liber unâ tantum, vel duabus metri ſpeciebus conſtans, in publicum prodiret. Poſterius; quia non eſt ea varietas in Anacreontis carminibus; & præpoſterum videretur, Archetypum iiſdem ferè numeris exprimi, Interpretationem diverſis perpetuò variari. Noſter, ſi voluiſſet, lyricis uti non minùs facilè potuiſſet, quàm elegiacis. En exemplum.

ODE I.

Cantare vellem Mæonio alite
Sævos Atridas, & Dolopum manus;
Vellem Camœnâ non minori
Progeniem celebrare Cadmi.

Sed

Sed deſtinanti talia barbitos
Obeſt iniquus; barbitos hic canit
Solos amores; tinnuliſque
Una ſalit Citherea chordis.

Mutata nuper tota mihi eſt chelys,
Omneſque nervi: Jam melior lyræ,
Et ſpiritu ſublimis acri,
Herculeos cecini labores.

Blandis amores illa procax modis
Contrà ſonabat. Jam valeant mihi
Heroes; unum nempe noſtræ
Fila lyræ reſonant amorem.

Atque hæc ſunt quæ de hujus Editoris Interpretiſque opere dicenda habuimus. Fragmenta, & Poematia incertæ fidei, quæ ſequuntur, parùm ad illum attinent; neque de iis multùm eſt ſollicitus. Curavit tantùm ut accuratè imprimerentur, & Interpretationem proſaicam aliquot in locis correxit. Nullo enim modo

do adduci potuit ut oleum atque operam perderet, Verſione poeticâ & elegiacâ donando, vel manca & mutila Odarum fruſta; vel quæ, integra licet, nullius ſunt pretii; vel quæ à quonam ſint ſcripta novit nemo. Erat ei aliquando in animo, hæc omnia penitùs omittere; & ea, quæ integra ſunt, & ſine dubio Anacreontica, ſola edere. Verùm id conſilii poſteà repudiavit; nè quid Lector hic deſideret vel leviſſimi momenti, quod in aliis Editionibus reperitur. Eâdem de causâ, Sapphûs Opuſcula in calce adjecit; quòd iſta etiam cum Anacreonte edi ſoleant, ſint licet à Barneſio omiſſa. Adjecit præterea Iſaaci Voſſii Emendationem, ut vocatur; quanquam fatētur ſe nihil vidiſſe minùs emendatum. Ridicula eſt tantùm inſuetarum dialectorum & vocum affectatio: Eſtque vulgaris lectio longè præſtantior. Addidit, eâdem de cauſâ, pulcherrimam Oden in mortem Adonidis, Anacreonticis numeris compoſitam, & à quibuſdam ipſi Anacreonti adſcriptam:

tam: Quanquam à pleriſque Theocrito adſcribitur, & illius quoque operibus ſemper adjicitur. Deſumpſit autem multa, quæ dicuntur Anacreontis Fragmenta, ex Editione Barneſianâ; qui mirè ſe effert quòd ille primus plurima ex variis Auctoribus collegerit, & cum Anacreontis Carminibus primus ediderit. Noſter nullum ex eo deſumpſit niſi quod unum verſiculum exceſſerit: Is enim plurima nobis dedit (ingentes gratias homini!) ex uno verſiculo, multa ex uno verbo conſtantia. Quantæ nugæ! Micæ ſunt hæc, non Fragmenta. Sed de his non eſt tanti plura ſubnectere.

EXCERPTA

EXCERPTA QUÆDAM DE VITA ANACREONTIS.

EX Teo erat oriundus; quæ Urbs & Portus Ioniæ. Parentibus incertis; ſed, uti ex multis indiciis & teſtimoniis conſtat, nobilibus. Natus eſt, ut videtur, juxta Olympiadis LV. annum ſecundum; quo ferè tempore Cyrus ille magnus regnare cœpit: Romæ U. C. CXCIV. Captivitatis Judaicæ XLII. De Forma ejus licet ex Nummis & Imaginibus hodienum extantibus conjicere quòd vultûs erat amabilis; cui cum ſummâ elegantiâ gravitas decora mixta inerat. Polycrati Sami, & Hipparcho Athenienſium, Tyranno, in deliciis, & à conſiliis erat;

erat; ab iisque maximis muneribus magnificentissimè donatus. Dictus est à sapientissimo Socrate σοφὸς, sapiens: Ab Athenæo νήφων, καὶ ἀγαθὸς, sobrius, & probus. Scripsit quamplurima; quæ intercíderunt penè omnia. Apud Veteres, & vivus, & mortuus, in magnâ æstimatione semper habitus est; & multis Statuis, ac Nummis cohonestatus. Ad seram usque senectutem duravit; ad octogesimum nempe quintum ætatis annum. Interiit autem etiam tum, non senio confectus; sed acino uvæ passæ strangulatus.

ERRA-

ERRATA.

In Textu.

Od. XV. v. 1. l. Γύγαο. v. 15. poſt λέγη adde [']. XXI. 9. l. πίνι. XXIV. 1. poſt βροτὸς, adde γ'. XXVI. 7. l. ὅπλιζ'. XXIX. 23. l. Τινί. XXXI. 1. l. Ἄφες. XXXII. *Tit.* poſt τὲς adde ἑαυτῦ. v. 25. l. αὖ. XXXVIII. 12. poſt Σειλίωὸν dele ['].

In Verſione.

XL. 7. pro *ad* l. *at*.

In Notis.

P. 27. col. 2. l. 7. l. παυϊοφέκτα. p 29. c. 2. l. 2. l. τετραχόρυμβ@. p. 40. c. 1. l. 5. l. καλᾶ. p. 42. c. 1. l. 19. poſt *quare* dele [']. c. 2. l. 10. poſt *reddentem* adde [']. p. 56. c. 2. l. 4. l. ὅπλιζ. p. 58. c. 1. l. 3. l. ὅπλιζε. p. 69. l. ult. l. *interſperſi*. p. 70. c. 1. l. ἄφες. p. 79. c. 1. l. ult. l. τις. p. 82. c. 2. l. 1. l. *ſolæcum*. p. 107. c. 1. l. 1. l. *Barneſius*. p. 110. c. 1. l. 8. l. ὀπάφαις. p. 113. c. 2. l. 18. l. ſupra. p. 112. l. ult. & p. 113. At certe nimis &c. *Sic corrige*. At ſupplere iſtud κῦμα, nimis durum eſt. Nimis etiam diſtat Præpoſitio ὕπερθε à Nomine quod regit juxta hanc expoſitionem; & vitioſa &c.

In Fragmentis &c.

P. 151. v. 9. poſt *tubulis* dele [.] v. 12. l. *Itrio*. p. 153. v. 10. l. *miniſtrabat*, p. 157. v. 3. l. *berberia*. p. 174. v. ult. l. Ἄγκειται. p. 178. l. ult. l. ἀνέθηκ'. p. 180. v. 13. poſt ἔνειχεν adde ['].

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ

ΜΕΛΗ.

ANACREONTIS TEII

CARMINA

Numeris Elegiacis paraphrasticè Donata.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ

ΜΕΛΗ.

I.

Εἰς Λύραν.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἡ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.

Ἥμεις δὲ

I.

Ver. 1. Θελω &c.] Duo ſunt præcipuè metri genera, quibus utitur Anacreon; quorum unum hæc Ode exhibet,

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας:

Alterum in tertiâ primùm occurrit,

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις·

Dico *præcipuè*: nonnullis enim odis quædam quaſi anomala inſeruntur carmina; nonnullæ, quoad metrum, mixti ſunt generis. Scanſionis, quam vocant, non una, ſed multiplex eſt ratio. Menſuretur e. g. verſus iſte Horatianus,

Mæcenas atavis edite regibus;

Fieri poteſt vel hoc modo: Mæcenas | Moloſs. | atavis | Anapæſt. | edite | Dact. | regibus | Dact. | Vel hoc: Mæce | Spond. | nas atta | Dact. | vis | Catalect. | edite regibus | Duo Dact. ut ſuprà. Eſt etiam tertius, iſque peſſimus, modus; quem vide apud Interpretem Horatii in uſum Delphini. Similitèr primum hunc Anacreontis verſiculum omneſque ejuſdem menſuræ,

ANACREONTIS TEII
CARMINA.

I.

In Lyram.

ATridas geminos, Thebanaque dicere bella
Me juvat, ac tenui magna movere lyra.
Illa negat; sævosque duces, Martemque sonantem
Respuit: & nervis unicus hæret amor.

Mutavi

mensuræ, vel sic metiri potes: Θελω | Iamb. | λεγειν | Iamb. | Ατρειδας | Bacch. Vel sic: Duo Iambi, ut anteà: Ατρει | Iamb. | δας | Catalect. | Observandum autem primam sedem indifferentèr occupare vel Iambum, vel Spondæum. Θελω | Και την | Μουσ | Καγω | &c. Alterum, de quo locutus sum, Anacreonticum metri genus Od. III. &c. mensuratur vel hoc modo; Μεσο | Pyrrich. | νυκτι | Troch. | οις ποθ' | Troch. | αρχεις | Spond. | Vel hoc; Μεσονυκτ' | Anapæst. | τιοις | Iamb. | ποθ' ω | Iamb. | ρχεις | Catalect. | vel ποθ' αρχεις | Bacch. | Sed prior modus, Trochaicus videlicet, multò potior: de quo itidem observandum, ultimum pedem nunc esse spondæum, nunc trochæum. Hisce in rebus, quæ ad metrum spectant scilicet, multus est Barnesius, imò nimius; nec tamen semper accuratus.

V. 3. Ἡ.] Γρ. αἱ. Hic, sicut

Ἥμεψα νεῦρα πρώλιν,
Καὶ τλιὴ λύρλιν ἅπασαν·
Κἀγὼ μὲν ἤδον ἄθλας
Ἡρακλέας· λύρη δ'
Ἔρωτας ἀνλεφώνει.
Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν,
Ἥρωες. ἡ λύρη γὰρ
Μόνας ἔρωτας ἄδει.

II.

Εἰς γυναῖκας.

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὁπλὰς δὲ ἔδωκεν ἵπποις,
Ποδωκίλλιν λαγωοῖς,
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτόν,
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,

Τοῖς

ficut & aliis in locis, (quod ſemel monuiſſe ſufficiat) Doricam dialectum, quam aliæ habent Editiones, in Ionicam mutat Barneſius; cui ego aſſentior. Quia Dorica mihi grata ſit licet, & perquam elegans; Ionica tamen Anacreonti, utpote ex Ioniâ oriundo, magis convenit: Eumque iſtâ dialecto ut plurimum uti, etiam ex iis codicibus conſtat, in quibus, ſecundùm eorum editores, nonnunquam Δωριάζει.

II.

V. 1. Κέρατα.] Penultima

Mutavi nuper totam; nova fila protervæ
Affixi; & penitus jam lyra facta nova eſt.
Protinus Herculeos cœpi cantare labores,
Lernæamque hydram, tartareumque canem.
Illa procax contrà teneros ludebat amores;
Et dedit imbelles mollior aura modos.
Heroes valeant, & ferri diſſonus horror:
Solus amor noſtræ dat ſua jura lyræ.

II.

In Fœminas.

FOrtia belligerum defendunt cornua taurum;
Munit equi validos ungula dura pedes.
Exors pugnandi, præſtat lepus alite curſu;
Armato ſævis dentibus ore, leo.
Dat pinnas piſci natura, alaſque volucri;
Queis ſecat hæc auras, queis ſecat ille lacus.

Dat

tima vocis κέρατα producitur etiam ab Orpheo apud Proclum hoc verſu;

Ταύρεα ἀμφοτέρωθε δύω κρύσεια κέρατα.

Baxt. Notandum verò quòd rectè producatur, quandoquidem per contractum ex κεράατα fiat. Aliàs eſt κέρας, τοῦ κέρατος, mediâ brevi; vel κέρα & κερᾶς. *Barneſ.*

V. 7. Φρόνημα.] Volunt Baxterus & Barneſius per φρόνημα hic intelligi virtutem bellicam tantùm. Sed parum valent argumenta ab iis allegata. Quid, ſi homines interdum vincunt leones? Leones nihilominùs interdum

Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα.
Γυναιξὶν ὐκ ἔτ' εἶχεν.
Τί δ' ἂν δίδωσι; κάλλος,
Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.
Νικᾷ γὰρ σίδηρον,
Καὶ πῦρ, καλή τις ὅστις.

III.

Εἰς Ἔρωτα.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὸν Βοώτην,
Μερόπων γὰ φῦλα πάντα
Κέαται, κόπῳ δαμέντα·
Τότ' Ἔρως, ἐπισταθεὶς, μεῦ
Θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας.

interdum vincunt homines. Quid, ſi de fœminis infrà loquens dicit poeta, Ἀντ' ἀσπίδων &c. Num exinde ſequitur viros prudentiâ non valere? perque eam à fœminis maximè non diſtingui? Quod dicit idem Barneſius, φρόνησιν potiùs quàm φρόνημα prudentiam ſonare, nihil eſt: Certè enim φρόνημα æquè ſonat prudentiam, ac fortitudinem. Directè, & ſenſu maximè proprio, cogitationem ſignificat. Cogitatio autem prudentiam non minus includit, quàm fortitudinem; imò magis. Fateor interim virtutem bellicam hîc non excludi: Quâ de cauſâ in verſionem meam ſapientiam ſolam non tranſtuli (eam licet ſpecialiùs) ſed mentis

Dat ſapere, alma, viris, & mentis dona; nec inde
Fœmineo generi quod tribuatur habet.
Quid datur ergo illi? pro telo, atque omnibus armis,
Pro galea, & jaculo, forma, decenſque nitor.
Formæ enſes cedunt, rigidique potentia ferri,
Tortaque ab herois bellica flamma manu.

III.

In Cupidinem.

NOX erat intempeſta; pigri cùm plauſtra Bootæ
Radens, per gelidum volvitur urſa polum;
Dulcis ubi feſſos mortales ſomnus habebat,
Reclineſque toro preſſit amica quies:
Ecce venit, ſtratus cùm membra ſopore jacerem;
Clauſaque, ſollicitans, oſtia pulſat Amor.

Quis

mentis etiam dona generalitèr ſumpta.

V. 8. Γυναικῶν &c.] Non habuit [inde; ſcilicet è ſapientiæ theſauris, quos omnes in viros prodegerat, quod daret] fœminis. Iſta proculdubiò recta eſt interpretatio hujus verſiculi. Non, ut alii volunt; Nihil habuit omninò quod fœminis daret. Quid enim? Eſtne forma, quam ſuper omnia naturæ dona efferre poetæ hic propoſitum eſt, purum nihil, illo judice?

V. 10. Ἁπασῶν.] Scribit Barneſius ἀπαστέων: multiſque aliis in locis Dialectum communem in Ionicam mutat. e. g. Od. proximè ſequenti; v. 3. pro Βοιώτης ſcribit Βοιώτεω. Elegantior certè iſta lectio, magis Poetica, & Anacreontica. Sed cùm omnibus codicibus tam MSS. quàm impreſſis adverſetur,

Τίς, ἔφλυ, θύρας ἀράσσει,
Κατά μευ χίσας ὀνείρους;
Ὁ δ' Ἔρως ἄνοιγε, φησί,
Βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβησαι·
Βρέχομαι ἰὼ, κατέλυσον
Κατὰ νύκτα πεπλάνημαι·
Ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας,
Ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας
Ἀνέῳξα, κ' βρέφος μὲν
Ἔσορῶ, φέρουσα τόξον,
Πτέρυγάς τε κ' φαρετρλω.
Παρὰ δ' ἰσίλω καθίσας,
Παλάμαισι χεῖρας αὐτοῦ
Ἀνέθαλπον, ἐκ δ' καίτης
Ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
Ὁ δ', ἐπεὶ κρύος μεθῆκε,
Φέρε, φησὶ, πειράσωμεν
Τόδε τόξον, εἴ τι μοὶ νυῦν
Πλάβεται βραχεῖσα νευρή. Τανύει

adverſetur, (nullam enim auctoritatem præ ſe fert Barneſius) nec in ſe ſit ullo modo neceſſaria; nihil muto. Ionici quidem ſunt Homerus, Anacreon, alii; ſed non ſemper; neque à communi dialecto abhorrent.

III.

V. 9. Κατά μευ χίσας &c.] Γρ. χίζεις. Sed obſtat metrum. Quo ſalvo quidem legitur χίσεις. Sed omninò legendum χίσας. Eſt autem Tmeſis: Κατα-χίσας μευ &c. Cujus figuræ plura ſunt exempla apud Anacreontem. Vide hujuſce ipſius Odes ver. 15, 29.

V. 13. Πεπλάνημαι.] Vertunt Baxterus & Barneſius, *erravi*. Malè admodum. Sæpè uſurpatur Præteritum pro Præſenti; vel potiùs, cum

Quis tam ſerò fores ? dixi : quis rumpit iniquus
Non tempeſtivis ſomnia grata ſonis ?
Ille, reclude, inquit lacrimans, & mitte moveri ;
Sum ſine luce vagans, obrutus imbre, puer.
Motus ego precibus ſurgo, accendoque lucernam ;
Fidus & à portis mox removetur obex.
Alatum vidi puerum ; cui corneus arcus,
Et pharetræ ex humero læve pependit ebur.
Sub tectum ducebam, & ad interiora penatum ;
Et tepido admovi frigida membra foco.
Mollibus expreſſi nocturnum è crinibus imbrem ;
Et fovi manibus terque quaterque manus.
Jam corpus firmare vigor, jam frigus abire,
Membra animare novus jam rediviva calor :
Exploremus, ait, madefactum, ſubdolus arcum ;
Num nervus pluvia langueat udus aqua.

Dixerat

cum continuatione Præſentis. Quod cùm fit, reddendum eſt Latinè per Præſens ſolummodo. Ità ἕστηκα ſto ; atque id genus plurima. Vide Iliad. I. 37. — ὃς χρύσῳ ἀμφιδεδήκας.

V. 17. Φέροιμι] Convenit ſenſu ; licet non Grammaticè. Cujus rei innumera ſunt, tam apud Latinos, quàm apud Græcos, exempla. Φέρος quidem neutrum eſt ; ſed maſculus eſt de quo fit ſermo. Ità Homerus, φίλε τέκνον &c. Perperam igitur legunt Stephanus, aliique, φέρον δέ. Particulæ autem μὲν verſu præcedenti Apodoſis eſt δὲ v. 19. ſi Barneſio credimus. Me quidem judice, talis Apodoſis neceſſaria non eſt.

V. 23. Μεθῆκε.] Vel *illum dimiſit*, vel *ſe remiſit*. Vel neutraliter accipitur ; *ceſſavit*.

V. 25. Εἴ τι.] Γρ. ἰσὶ. nullo

Τανύει ϗ, καί με τύπτει
Μέσον ἦπαρ, ὥσπερ οἶστρος.
Ἀνὰ δ' ἄλλεται καχάζων,
Ξένε, δ' εἶπε, συγχάρηθι·
Κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐστι,
Σὺ ϗ καρδίην τιτρώσεις.

IV.

Εἰς Ἑαυτὸν.

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
Ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις
Στορέσας, θέλω προπίνειν·
Ὁ δ' Ερως, χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ ἀυχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διηκονείτω.
Τρίχος ἅρμα γὰρ οἷα
Βίος τρέχει κυλισθείς·
Ὀλίγη ϗ πεισόμεθα
Κόνις, ὀστέων λυθέντων.
Τί σε δεῖ λίθον μυελίζειν;
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;

nullo ſenſu. Melius ἐς π, *in quantum*. Sed optima lectio, εἴ τι, *ſi quid*, vel *ſi aliquatenus* læditur.

V. 28. Μέσον.] Subaud. κατὰ.

IV.

V. 3. Στορέσας.] Me ſternens; i. e. ſtratus. In numera ſunt ejuſmodi ex empla apud Græcos, & La tinos. Subaud. ἐμαυτὸν.

V.

Dixerat hæc, arcum tendens; miſſaque ſagitta
Me ferit, & medium vulnerat uſque jecur.
Deinde mihi, ſaltu gaudens, riſuque maligno,
Mordaci ingratos ingerit ore jocos.
Hoſpes, ait, mecum lætare; en! omnia tuta:
Haud nervus pluvia læditur udus aqua:
At te (proh pudor & ſcelus!) improba læſit arundo;
Quàm vellem hoſpitii non violâſſe fidem!

IV.

In Seipſum.

HIC virgulta ſuper teneræ redolentia myrti
Stratus, ubi loti ſpirat amœnus odor;
Hic potare lubet: Nodo religetur amictum,
Et mihi ſuccinctus vina miniſtret Amor.
Nam celeri annorum curſu cita volvitur ætas
Omnibus, ut rapido volvitur orbe rota.
Exiguum in cinerem contracta jacebimus omnes
Corpora, & in nigris oſſa ſoluta rogis.
Quid gelidum ditas fraganti marmor amomo?
Imbuis & tepido frigida buſta mero?

Nil

V. 5. Παπύρῳ] Papyro Ægyptiacâ apud veteres ligabantur ſervorum veſtes. Ità Juvenalis.——

Succinctus patriâ quondam, Criſpine, papyro.
Sat IV. 24.

V. 6. Διηκονέτω.] Ità rectè Barneſius. Ionicè, pro διακονέτω: quod non eſt metricum hoc loco.

V. 16

Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις ὦ κρᾶτα
Πύκασον, κάλει δ' ἑταίρους·
Περὶν, Ἔρως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν,
Ὑπὸ νερτέρων χορείας,
Σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

V.

Εἰς Ῥόδον.

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων
Μίξωμεν Διονύσῳ·
Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
Κροτάφοισιν ἁρμόσαντες,
Πίνωμεν ἀβρὰ γελῶντες.

Ῥόδον,

V. 16. Περὶν, Ἔρως, ἐκεῖ, &c.] Sic se habet hic versiculus in omnibus Editionibus, præter Baxterianam. Ille restituit περὶν, ἐρῶ σε, δεῖ &c. quia scilicet, *inaniter & inutiliter Poeta Amorem compellat.* Sed quorsum hoc? Elegans sane est ad Amorem juxtà ministrantem Apostrophe. Prætereà hisce verbis ἐρῶ σε, quem compellat Poeta? Certè aut Cupidinem, aut Neminem; nam præter illum adest nemo. Imò verò quid sibi vult istud ἐρῶ σε? Vertit ipse Baxterus, *obsecro te.* Atqui talem interpretationem verba non ferunt; ἐρέω, vel ἐρῶ, *interrogo, dico, dicam,* non *obsecro.* Quin & istud, "*obsecro te,* "diffipare volo" &c. communi sensu plane caret. Adde quod πρὶν δεῖ (pro πρὶν δεῖν, vel πρὶν ἢ δεῖ) minus sonat Græcè. Illud autem ἐκεῖ, juxta nostram lectionem, vel non redundat, vel redundat eleganter: *Illuc,* [videlicet] ad choreas &c.

Nil ego defunctus cupio ; date pocula vivo ;
Et vivi innumero cingite flore caput.
Unguento canos jam nunc perfundite crines ;
Jam foveat lætum dulcis amica ſenem.
Ante per Elyſios quàm me mors miſerit agros,
Cura, ad Lethæas tu prior ibis aquas.

V.

In Roſam.

FErte roſam Veneris, ſpumantique addite Baccho ;
Vividaque extremo floreat illa ſcypho.
Illa felici foliorum innectite crines ;
Omni ex ore fluat riſus ; in omne, merum.
Illa rubens cunctis prælucet honoribus horti,
Vernæ prima Deæ gloria, primus amor. Illa

V. 17. Ὑπὸ.] Valet *ad*, hic loci ; ſic Latine *fugit* ſub *umbras*, &c.

V.

V. 2. Μίξωμεν Διονύσῳ.] Dixi ſuprà, quibuſdam Odis nonnulla quaſi anomala inſeri carmina. En primum exemplum. Legit Baxterus Ἀναμίξωμεν : ſed neque ſic ad regulam reducitur verſiculus ; imò à regulâ recedit longius. " Notandum (ait Barneſius) multos eſſe pedes commutatorios, vel ἰσοδυνάμους, " quos inter ſe mutare, & " hunc illius loco ponere, " pro lubitu ſolent poetæ ; " quales præcipuè ſunt " ſpondæus, dactylus, anapæſtus, &c. & ex alterâ " parte tribachys, iambus, " trochæus &c. Eſt autem " hic verſus Pherecratius, " ut etiam Ionicus ἀπ' ἐλάσσονος."

V. 5. Πίνωμεν &c.] Eſt & hic verſus irregularis. Qui plura velit, Barneſium adeat ;

Ῥόδον, ὦ φέρτατον ἄνθος·
Ῥόδον, εἶαρος μέλημα.
Ῥόδα χ' θεοῖσι τερπνά.
Ῥόδα ταῖς ὁ τῆς Κυθήρης
Στέφεται καλοῖς ἰούλοις,
Χαρίτεσσι συγχορεύων.
Στέψον ἔν με, χ' λυρίσω
Παρὰ σοῖς Διόνυσε σηκοῖς,
Μετὰ κέρης βαθυκόλπε
Ῥοδίνοισι στεφανίσκοις
Πεπυκασμένος χορεύσω.

VI. Εἰς

adeat; transcripto non opus est. Legit autem ille πόνομεν. Malè: Non enim convenit cum μίξωμεν suprà.

V. 10. Καλοῖς ἰούλοις.] Malim legere καλοὺς ἰούλους. Subaud. κατὰ.

V. 12. Λυρίσσω.] Barnesium sequor hic, & ubique in similibus, duplicem σσ scribendo metri causâ.

V. 13, 14, 15.] Irregulares sunt & hi tres versus. Rectè se habebit primus, si pro Διόνυσε legas Λυαῖε, quod quidem ego lectum velim. Reliquos duos quod attinet, aliosque apud Anacreontem plures, qui ad neutrum eorum quæ suprà memoravimus metri genera reduci possunt; ex iis nonnulli eodem constant syllabarum numero, quo regulares; pedis tantum unius, aut alterius ratione differunt. Ut hi ipsi quos præ manibus nunc habemus.

Μετὰ κέρης βαθυκόλπε
Ῥοδίνοισι στεφανίσκοις.

Κέρης, Spondæus pro Trochæo. Βαθυ- Pyrrichus pro Trochæo. Στεφα- Pyrrich. itidem pro Troch. Interdum etiam ponitur Iambus pro Trochæo, &c. Per hos totius Odes harmoniæ parum detrahitur. Nonnulli autem differunt etiam syllabarum numero. Ut Versus secundus hujus

Odes,

Illa comas caliceſque ornat jucunda Deorum,
Dum læta æthereus proluit ora liquor.
Ipſe inter Charites ſuetus ſaltare Cupido
Tempora maternis cingit odora roſis.
Ergo meo roſeam capiti da, Bacche, corollam;
Et feriam graciles ad tua templa fides:
Ipſe coronatus ſaltabo; nec minus alto
Æquabit choreas pulchra puella ſinu.

VI. *In*

Odes, Verſus etiam decimus tertius; de quibus ſupra: quorum alter mutilus eſt, alter redundat. Quod ubi unâ in Ode frequentius accidit; fruſtrà ſudant Interpretes ut numeros ſibi invicem omnes concilient: Eſt Ode generis, quoad metrum, prorſus mixti. Obſervandum tantummodò, quoſdam videri inæquales qui reverà non ſunt: e. g. Odes proximè ſequentis ultimus,

Κῶμον μίτρισι χάιρων.

Spondæus valet Anapæſtus; eſtque efferendum, ac ſi eſſet Κόμον. E contrà Anapæſtus interdum pro Spondæo: Ut apud Virg.

Fluviorum rex Eridanus.

Monendum denique, verſus iſtos ſuprà citatos Μετὰ κύρης &c. Ῥοδίνοισι, &c. alioſque ejuſdem monetæ apud Anacreontem multos, appellari à Barneſio Ionicos ἀπ' ἐλάσσονος. Conſtant autem (iſte enim alius eſt ſcanſionis modus; eſt etiam alius, quem vide apud Barneſium) Anapæſto, Dactylo, & Spondæo. Μετα κυ | ρης βαθυ | κολπω. Sed potior eſt illa menſurandi ratio quam ſuprà memoravi, & magis Anacreontica.

VI.

Εἰς Συμπόσιον.

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
Ῥοδίνους σωαρμόσαντες
Μεθύομεν ἀβρὰ γελῶντες·
Ὑπὸ βαρβίτῳ δ' ἡδέᾳ,
Κατακίσσοισι βρέμοντας
Πλοκάμοις φέρουσα θύρσους,
Χλιδανόσφυρος χορεύει. Ἁβρο-

VI.

Εἰς Συμπόσιον.] Titulus fuit, Εἰς τὸ αὐτὸ. Quem ſpurium eſſe duco; quia Roſæ in hâc Ode ſemel tantum fit mentio: Nihil autem reperitur quod ad ejus laudem conferat. Deſcribitur tantummodò Convivium quoddam, ſive Compotatio. Hæc ego ad locum, multis annis ante editum à Barneſio Anacreontem. Inſcribit ille Κῶμος, vertitque *Feſtivitas amatoria*. Sed cùm nullam obtendat auctoritatem, factum meum non muto.

V. 1. Στεφάνους &c.] De metro dictum eſt ſatis. Ad hunc verſum (eſt autem Ionicus &c. juxta Barneſium, ut ſuprà) alioſque minus regulares applicentur quæ jam adnotavimus. Odi Cramben repetitam.

V. 3. Μεθύομεν] Γρ. Μεθύωμεν. Minus rectè. Per totam enim Oden non hortatur ad convivandum, ſed convivandi modum deſcribit.

V. 5. Κατακίσσοισι βρέμοντας.] Stephano, Fabro, Barneſio aſſentiens lego uno verbo, κατακίσσοισι, non cum Baxtero & aliis, κατὰ κισσοῖσι per tmeſin; & ſic expono. "Ferens thyrſos "hederaceis frondibus fre- "mentes, i. e. crepitantes, "ſonantes." Nam κατάκισσος valet κίσσινος. Πλόκαμος autem non tantum pro crinibus humanis intortis,

VI.

In Convivium.

LUdimus ingenuo plena inter pocula riſu,
Purpureis vincti tempora rubra roſis.
Jamque gerens thyrſos hedera intexente ſonantes,
Et teneros fingens culta puella pedes,
Ad citharam ſaltat: Juvenis, cui ſpiritus oris
Fragrat, & exornat cui coma pulchra caput,
Dulcè

tortis, ſed pro foliis, ac frondibus uſurpari poteſt. Quid enim frequentius apud Poetas, quàm arborum comæ? Stephanus verò iſti vocabulo κατακίσσοισι diverſum tribuit ſenſum: κατακίσσοισι, inquit, i.e. κίσσῳ κεκαλλυμένοις: atque exinde conſtat ipſum per πλοκάμους capillos puellæ intellexiſſe, & cenſuiſſe ſententiam ſic eſſe efferendam: "Puella ferens frementes "thyrſos in cincinnis ſuis "hederâ tectis." Quid autem? Num thyrſos capillis gerebant? Hoc Baxterus, à Stephani mente parum recedens, ſolvit dicendo thyrſos pro hederaceis coronis hyperbolicè uſurpari. Atqui hoc valdè eſt incongruum, nec per Hyperbolen ipſam excuſandum. Pro βρέμοντας ſcribit Barneſius βρύοντας, & "ego "(inquit) hanc vocem primus reſtituo, miratus neminem ante me id feciſſe; "cùm βρέμοντας fuerit vox "omnibus ſuſpecta." Sed quâ de cauſâ ſit ſuſpecta non docet. Profectò vox eſt elegantiſſima; fremitum, i. e. ſtrepitum frondium & corymborum crepitantium exprimens: Βρύοντας autem, i. e. plenos, nil poeticum ſapit.

V. 7. Χλιδανόσφυρον.] Quid ſibi voluerit Baxterus neſcio, χλιδανόσφυρον latinè reddens *tepida malleolos*: Cùm χλίδανος ſit *delicatus*, non *tepidus*.

Ἁβροχαίτης δ' ἅμα κἄρᾳ,
Στομάτων ἡδὺ πνεόντων,
Κατὰ πηκτίδων ἀθύρων,
Προχέει λίγειαν ὀμφήν·
Ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτης,
Μετὰ τᾶς καλᾶς Λυαίου,
Μετὰ τῆς καλῆς Κυθήρης,
Τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
Κῶμον μέτεισι χαίρων.

VII.

Εἰς Ἔρωτα.

Ὑακινθίνῃ με ῥάβδῳ
Χαλεπῶς Ἔρως βαδίζοντ'
Ἐκέλευσε

V. 10. Πηκτίδων.] Elias Andreas pectidas instrumenta chordis sonantia esse existimavit; ut constat ex ipsius versione, *Simul & fides retentat*: Quocum etiam sentit *Dacieria*. Versus autem Anacreonticus Προχέει λίγειαν ὀμφήν hujusmodi musicæ non convenire videtur. Puto igitur πηκτίδα fuisse fistulam (quam etiam *compactam* vocat Virgilius) vel aliud quoddam instrumentum ore inflatum; Quod pro certo habet Baxterus; cùm per Στόματα ἡδὺ πνέοντα intelligat orificia, seu foramina pectidis. Quæ opinio à vero forsan non aberrat. Ego tamen potiùs arbitror pluralem pro singulari poni, & os juvenis suavem halitum spirantis intelligi. Utrumque in versione retinui.

V. 10, 11. ἀθύρων Προχέει] Gr. ἀθύρει Προχέων. Prior lectio magis placet.

VII.

Ver. 1. Ὑακινθίνῃ.] Mi-

ror

Dulcè ſonat blandæ per rara foramina buxi,
Et grato tenues ſpirat ab ore modos.
Bacchus adeſt, flavoque decorus crine Cupido,
Advenit & Paphiæ forma venuſta Deæ.
Hi ſenibus lepidi convivia grata frequentant,
Et mortale bibunt numina læta merum.

VII.

In Amorem.

ME ſecum, feriens hyacintho terga, Cupido
Multa reluctantem flectere juſſit iter.

Tum

ror Baxterum, & Barneſium ſcripſiſſe ὑακινθίνῳ: cum ῥάβδος ſit omninò generis fœminini.

V. 2. βαδίζοντ'.] Ità rectiſſimè ſcribit Barneſius pro βαδίζων: quod nullum conficiebat ſenſum. "Et nè "quid diſſimulem, (inquit) "ità manu ſua notârat D. "Heinſius." Patitur autem eliſionem ultima litera vocis βαδίζοντα à voce ſequenti verſu proximo; quod uſitatum apud Poetas, tam Latinos, quàm Græcos. Ad ſenſum verò quod ſpectat; erat cur Anacreon difficultèr incederet, quia *invitus* inceſſit, & *coactus*. At nil tale ad Cupidinem referri poteſt; *Cogit* ille (Anacreontem ſcilicet) non *cogitur*. Ait *Dacieria*, conjungendum eſſe χαλεπῶς cum ἐκέλευσε verſu ſequenti. Sed illud durius: Ac prætereà frigidum & jejunum erit βαδίζων ſimpliciter poſitum, & adverbio deſtitutum.

V. 4.

Ἐκέλευσε ζωπυροχάλειν.
Διὰ δ' ὀξέων μ' ἀναύρων,
Ξυλόχων, τε καὶ φαραγγέων,
Τροχάοντα πεῖρεν ὕδρῳ.
Καρδίη δ' ὑπὸ ῥινὸς ἄχρις
Ἀνέβαινε, κἀν ἀπέσβη.
Ὁ δ' Ἔρως μέτωπα σείων
Ἀπαλοῖς παλαιστῖν, εἶπε,
Σὺ γὰρ οὐ δυνὴ φιλῆσαι.

VIII.

Εἰς τὸν ἑαυτοῦ Ὄνειρον.

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
Ἁλιπορφύροις τάπησι,
Γεγανυμένῳ λυαίῳ,
Ἐδόκουν ἄκροισι ταρσοῖς
Δρόμον ὠκὺν οἰκανύειν,

Μετα

V. 4. ὀξέων.] Verum eſt quidem ὀξὺς interdum ſignificare velox: Sed quoniam *plerumque* ſignificat *acutus*, ὠκὺς *ſemper* velox; forſan legendum leviſſimâ mutatione ὠκέων.

V. 7. Καρδίη.] Pro ψυχὴ ponitur. Anima ad nares uſque aſcendebat; i. e. animam acturus eram.

V. 9. σείων.] Quia refrigeratione, & ventulo ab alis concuſſis facto, *commota* eſt, & quaſi *concuſſa* facies. Cupido autem faciem Anacreontis tangens alis, & refrigerans, ſanavit eum, animamque fugientem revocavit.

V. 11. σὺ γὰρ.] *Tu* enim *non potes amare*. i. e. Te ſerpens *ideò* pupugit, quòd mihi non obtemperaveris.

Malum

Tum me per ſilvas properantem, amneſque, & acutis
Aſpera dumetis ſaxa, momordit hydrus.
Protinus extremis tremuit mea vita labellis ;
Et foret extinctus, Bacche, poeta tuus :
Ni ſanaſſet Amor. Vultum mihi mollibus alis
Verrit, & ægra, fovens, ventilat ora puer.
Tunc ille, increpitans, Tu non potes, inquit, amare:
Scilicet haud iſta vivere lege placet.

VIII.

In Somnium ſuum.

NUper purpureo relevabam membra tapete,
Feſſa die, & multo languida membra mero ;
Ecce omnes, media de nocte, imitantia formas
Ludebant animum ſomnia vana meum.

Cum

Malum fers ; non *enim* potes &c. Vel dicitur γὰρ ſignatè, & cùm idiomaticâ quâdam elegantiâ ; pro *videlicet, ut videtur* &c. *Tu* ſcilicet *non potes amare* ; Amori licet vitam nunc debeas. Dicitur etiam *non potes* ſcopticè & jocosè, pro *non vis*. Ità apud nos Anglos, *You can't, you could not*, &c. i. e. *You won't, you would not*.

VIII.

Ver. 3. Γεγανυμένος.] Gr. γεγανωμένος. Utrumque uſurpatur. Reddit Baxterus participium hoc *nitidus factus* : at multò meliùs redditur *exhilaratus & lætificatus*. Significat quidem γάνος interdum *nitorem* ; plerumque verò *lætitiam*. Bacchus autem *exhilarat* magis quàm *nitidos facit*.

V. 8.

Μετὰ παρθένων ἀθύρων·
Ἐπεκερτόμων ἰῇ παῖδες
Ἀπαλώτεροι λυαίου,
Δακέθυμά μοι λέγουσες,
Διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας.
Ἐθέλουσα ἰῇ φιλῆσαι
Φύγον ἐξ ὑπνου με πάσες.
Μεμονωμένῳ δ' ὁ τλήμων
Πάλιν ἤθελον καθεύδειν.

IX.

Εἰς Περιστερήν.

Ἔρασμίη πέλεια,
Πόθεν, πόθεν πέτασαι;
Πόθεν μύρων τοσούτων,
Ἐπ' ἤερι θέουσα,
Πνέεις τε κἠψεκάζεις;
Τί δ' ἐσί σοι μέλημα;
Ἀνακρέων μ' ἔπεμψε,
Πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
Τὸν

V. 8. Ἀπαλώτεροι &c.] Pueri molliores (ipso) Baccho; qui & ipse est puer. *Tu puer æternus.* Ovid. Met. Lib. IV. 8.

V. 11. Δὲ.] Scribit Barnesius δ' αὖ. Rectiùs forsan: quamvis φ in φιλῆσαι ectaticum sit, i. e. producat præcedentem syllabam.

V. 3.

Cum grege fœmineo celeres ſum extendere curſus,
Et pedibus ſummis ſtringere viſus humum.
Mollior hic Baccho puerorum fudit acutos
In me, has ob pulchras, turba proterva jocos.
Illis ut bilem ſimul invidiamque moverem,
Conabar tenero baſia ferre choro.
Baſia fixurum volucres fugere puellæ,
Et ſomno excuſſum liquit amœna quies.
Rurſus claudo oculos, rurſus dormire paratus,
Ut tam grata novus det ſimulachra ſopor.

IX.

In Columbam.

REmigio alarum quo tendis, amanda volucris?
Unde venis? aut quem, blanda columba, petis?
Unguentum ſtillans, ſpirantique humida nardo,
Per cœli vacuum quò leve radis iter?
Per liquidas Vates miſit me Teius auras,
Ut pulchrum ad puerum ſuavia juſſa feram.

Scilicet

IX.

V. 3. Τοσούτων.] Γρ. τοσοῦτον.

V. 6. Τί δ' ἐσί σοι μέλημα;] Ità rectè Stephanus; & confirmat ex illo Theocriti Idyll. 14. v. 2. Τί δέ τοι τὸ μέλημα; Quænam tibi cura eſt? Al. τίς ἐσί σοι μελησῶν; Al. τί δ' ἐσί σοι; μέλει δέ. Al. τίς ἐσί σοι; μέλει δέ. Quid eſt tibi (negotii?) Quis eſt tibi (dominus?) curæ eſt autem (mihi hoc ſcire.) Al. τίς ἐσι; σοὶ μέλει δέ; Senſu pravo, & pene nullo.

V. 11.

Τὸν ἄρτι τῶν ἀπάντων
Κρατῆνα καὶ τύραννον.
Πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη,
Λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον.
Ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
Διηκονῶ τοσαῦτα·
Καὶ νωῦ, ὁρᾷς, ἐκεῖνα
Ἐπιστολὰς νομίζω.
Καί φησιν εὐθέως με
Ἐλεύθερον ποιήσειν.
Ἐγὼ γὰρ ἡνίκ' ἀφῆ με,
Δέλη μέν ὦ παρ' αὐτῷ.
Τί γάρ με δεῖ πέτασθαι
Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς,
Καὶ δένδρεσιν καθίζειν,
Φαγοῦσαν ἄγριόν τι;
Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον
Ἀφαρπάσασα χειρῶν
Ἀνακρέοντος αὐτοῦ.
Πιεῖν δέ μοι δίδωσι
Τὸν οἶνον ὃν προπίνει.
Πιοῦσα δ' ἂν χορεύσω,
Καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
Πέρεσι συγκαλύψω.

Κοιμω-

V. 11. Μ' ἡ] Ità rectè Faber, & Barnesius. Γρ. με: sed obstat metrum.

V. 15. Ὁρᾷς.] Sic Stephanus, quem hîc sequor. Alii οἷας, qualescunque. Non malè.

V. 21.

Scilicet ad charum ipſius fero juſſa Bathyllum,
Qui regit, & cunctos ad ſua vinc'la trahit.
Exiguo Cytherea Venus me vendidit hymno ;
Et Lyrico tandem fio miniſtra Seni.
Quæque meo, ut cernis, nunc hæret pendula collo,
Venit ab illius miſſa tabella manu.
Ille mihi ſeſe ſpondet mea jura daturum,
Libera cognatas ut vager inter aves.
Aſt ego, dimittat licet, haud ingrata relinquam
Dulce miniſterium, juraque mitis heri.
Aſpera quid prodeſt circumvolitare rubeta,
Raraque ſylveſtres quærere mora cibos ?
Quid prodeſt nudo mœrere in culmine montis,
Arvaque jejunis ſollicitare ſonis ?
Cum nunc pane manu direpto paſcar heríli,
Jucundumque bibam, quod bibit ipſe, merum.
Quas poſſum duco tandem bene pota choreas ;
Pennarum domini mox tegit umbra caput.

Deinde

Ver. 21. Πέταλ̓.] Γρ. πτερὰ̓.

Ver. 30, 32. Χορεύσω, συγκαλύψω.] Malim legere, χορεύω, συγκαλύπτω. Quorſum enim hic ſe ingerit futurum tempus ? cùm de præſenti omnis ſit ſermo. Præterea in præſenti ſunt reliqua verba hic uſurpata ; ἔδω, δίδωσι, προπίνει, καθεύδω. Pro ἄν verò v. 30. malim legere αὖ.

V. 31. Ἐμοῖσι.] Cùm anteà, redundante metro, ridiculè legeretur Ἀνακρέοντα, reſtituit Stephanus ἐμοῖσι.

Κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῆ
Τῷ βαρβίτῳ καθεύδω.
Ἔχεις ἅπαντ', ἄπελθε·
Λαλεσέραν μὲ ἔθηκας,
Ἄνθρωπε, καὶ κορώνης.

X.

Εἰς Ἔρωτα Κήρινον.

Ἔρωτα κήρινόν τις
Νεϊλωΐης ἐπώλει·
Ἐγὼ δὲ οἱ ἐφθάσασα
Πόσου θέλεις, ἔφην, σοὶ
Τὸ τυχθὲν ἐκπεμφθῆναι;
Ὁ δ' εἶπε δωριάζων,
Λαβ' αὐτὸν ὁππόσου λῆς.
Ὅμως δ' ἵν' ἐκμάθῃς πᾶν,
Οὐκ εἰμὶ κηροτέχνας·

Ἀλλ'

V. 33. Αὐτῆ.] Cæteræ editiones habent αὐτῷ. Ego ſcripſi αὐτῆ: Tum quia quatuor verba immediatè conjuncta & in ω definentia (præſertim cùm tria definant in τῷ—αὐτῷ τῷ βαρβίτῳ) aures lædunt; tùm quia melior eſt ſenſus, ſi legatur *ſuper ipſius* (Anacreontis ſcilicet) *barbito* &c. quàm *ſuper ipſo barbito*. Probant præterea Stephanus & Barneſius hanc lectionem. Verſu proximè ſequenti pro τῷ lege potiùs τῇ.

V. 37. Καὶ] Scribit Baxterus τῆς. Abſurdè: καὶ eſt emphaticum, & vim addit verbo ſequenti.

X.

Ver. 4. Σοὶ.] Græcè dici.

Deinde ſuper vatis citharam labefacta recumbo ;
Atque illic facili feſſa ſopore fruor.
Quid verò ? Corvo ſum facta loquacior ipſo :
Omnia habes de me ; cunctaque doctus, abi.

X.

In Cupidinem ex cera confectum.

IN trivio ſedit quidam ; juxtaque ſedentem
Propoſitus venum cereus hæſit Amor.
Effictum ſpeculabar opus ; juvenique propinquans,
Quanti, inquam, Idalius conſtat, amice, Puer ?
Ille, ſonis, contra, quos edidit Dorica lingua,
Quantivis vendam, & vera fatebor, ait.
Has mihi non mos eſt è cerâ ducere formas ;
Nec levis hic noſtra fingitur arte Deus.

At

citur πείθεσθαί τινι, quemadmodum πείθεσθαι παρὰ τίνος. Ità Ariſtophanes non ſemel. *Fab.* Particula σοὶ παρέλκει, & lepôris causâ additur. *Baxt.* Uterque non malè. Sed priori potiùs aſſentior.

V. 5. Τευχθεὶν.] Gr. τυχθῆν.

V. 8. Ὥμως δ' ἴν' ἐκμύσῃς πᾶν.] Al. ὥμως δ' ἄν &c. nullo ſenſu. Al. ὅπως δ' ἄν &c. Benè admodùm. Sed primam lectionem potiùs amplector. Nugantur, qui pro πᾶν legunt νίν.

V. 9, 10, 11. Κηροτέχνας — σιωπικὴν — παντοφέκτα.] Omninò Dorica ſint neceſſe eſt ; quia loquitur Δωριάζων. *Barn.*

Ἀλλ' ἐ θέλω σωοικῆν
Ἔρωτι ταντρέχλα·
Δὸς ἴγ, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
Δραχμῆς καλὸν σωάυνον.
Ἔρως, σὺ δ' ἐυθέως με
Πύρωσον· εἰ ἰ μὴ, σὺ
Κατὰ φλογὸς ταχήση.

IX.

Εἰς Ἑαυτόν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων, γέρων εἶ.
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει
Κάρας μὲν ὄκετ' ἄσας,
Ψιλὴν δὲ σῶ μέτωπον.
Ἐγὼ ἰ τὰς κόμας μὲν,
Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον,

Οὐκ

V. 10. Σωοικῆν.] Propriè dicitur pro συγκαθεύδειν, ait Baxterus. At certè nil tale innuit vocis etymon; *cohabitare* significat, non *unà dormire*.

V. 15, 16. Εἰ ἰ μὴ, σὺ &c.] Ex eo quod dicitur apud *Virgilium* Ecl. 8.

Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit,
Uno eodemque igni ſic noſtro Daphnis amore,

infert idem Baxterus, Anacreontem hìc minari Cupidini magica tormenta. Ridiculum! nihil iſtiuſmodi vult dicere vox ταχήση, ad quam hæc adnotat Baxterus; nec quidquam magicæ ſignificationis in ſe continet. Dicit tantùm poeta jocularitèr, ſe Cupidinem igni traditurum; quo (cereus cùm ſit) liquefiat neceſſe eſt. Concinnà autem Antitheſi

At ſocium hoſpitii nequeo perferre Puellum,
Qui cuncta æternùm non ſatiandus avet.
Ergo libens unam, dixi, volo ſolvere drachmam;
Et mecum poſthac dormiet emptus Amor.
At laſcive, tuis ni poſthac arſero flammis,
Ardebis flammis ipſe, Cupido, meis.

XI.

In Seipſum.

VErgis ad occiduos miſerandus, Anacreon, annos,
Nota puellarum turba, ſeneſcis, ait:
Aſpice te in ſpeculis; en! frons tibi glabra relucet,
Et capite à nudo defluit alba coma.
Aſt ego, an à calvo coma vertice fluxerit omnis,
Neſcio, an hybernum jam tegat ulla caput:

Hoc

Antitheſi ait, Vel tu ure me; vel ego uram te.

XI.

V. 2. *Ἀναχρέων.*] Certè tum euphoniæ, tum casûs vocativi ratione habitâ, ſcribendum *Ἀνάκρεον*, habeant licet omnes codices *Ἀναχρέων*. Sic vetus Poeta Græcus Antipater Sidonius, apud Barneſium p. 348.

Θάλλοι τερπικεράυνε, Ἀνάκρεον, ἀμφί σε, κισσὸς.

Idem alibi p. 354.

Εἷης σὺν μακάρεσσιν, Ἀνάκρεον, εὖχος Ἰώνων.

V. 6. *Ἐγὼ ϑ τὰς* &c.] Subaud. *κατὰ*. Ego, comas quod attinet, neſcio an ſint &c.

Οὐκ οἶδα, τοῦτο δ' οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν,
Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης.

XII.

Εἰς Χελιδόνα.

Τί σοι θέλεις ποιήσω;
Τί σοι λάλη χελιδών;
Τὰ ταρσά σοῦ τὰ κῦφα
Θέλεις λαβὼν ψαλίξω;
Ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σοῦ
Τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς
Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω;
Τί μοῦ καλῶν ὀνείρων,
Ὑπορθρίοισι φωναῖς,
Ἀφήρπασας βάθυλλον;

XIII. Εἰς

V. 10. Τὸ.] Gr. τὰ. Minùs benè.

V. 11. Ὅσῳ πέλας.] Subaud. μᾶλλον.

XII.

V. 2. Λάλη.] Habet MS. Vat. λαλιῦ, χελιδών; Bene qnidem: cùm sit λάλη

Hoc ſcio, me debere ſenem præſentibus uti,
Gaudiaque in toto rapta fovere ſinu;
Quò propior ſuprema dies accedit, & affert
Lugubrem pompam, funereaſque faces.
‘ Sic ibo Manes Baccho exhilaratus ad imos;
‘ Nec petet Elyſias lætior umbra plagas.

XII.

Ad Hirundinem.

QUâ pœnâ afficiam, volucris, te, garrula, ſomnos
Quæ, tam mane ſtrepens, rumpis, hirundo, meos?
Eripiamne alas, queis, matutina, feneſtram,
Cum ſtrepitu ingrato, ſtridula, radis, avis?
An ſcindam, ut Tereus, tibi linguam, inimica, loquacem?
Atque adimet raucos culter ab ore ſonos?
Cur à me charum rapis, importuna, Bathyllum;
Dum rapis è noſtro ſomnia grata ſinu?

XIII. *In*

ὁ κῆ ἡ, & λάλη vix reperiatur. Ità *Barn.* ſed utinam docuiſſet nos apud quem Auctorem vox λαλεὺς reperiatur. Scribit ille, κωτίλη, omiſſo præcedente σοι.

V. 6. Τήρευς.] Secundùm Anacreontem igitur, non Progne, ſed Philomela, in hirundinem mutata eſt.

XIII. V. 1.

XIII.

Εἰς Ἑαυτόν.

Οἱ μὲν, καλὴν Κυβήβην
Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
Ἐν ὄρεσιν βοῶντα,
Λέγουσιν ἐκμανῆναι·
Οἱ δ' ἐν Κλάρῳ παρ' ὄχθαις,
Δαφνηφόροιο Φοίβου
Λάλον πιόντες ὕδωρ,
Μεμηνότες βοῶσιν.
Ἐγὼ δὲ τῷ Λυαίῳ,
Καὶ τῷ μύρῳ κορεσθείς,
Καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρης,
Θέλω, θέλω μανῆναι.

XIV.

Εἰς Ἔρωτα.

Θέλω, θέλω φιλῆσαι·
Ἔπειθ' Ἔρως φιλεῖν με·
Ἐγὼ δ' ἔχαν νέημα
Ἄβουλον, ἀπείθειν.

XIII.

V. 1. Καλὴν.] Καλὴ Græcorum, hoc certè in loco, Latinorum *alma* est, ut rectè Faber; ait Barnesius Quibus

XIII.

In Seipſum.

SEmivir, ut fama eſt, Cybelen in montibus olim
Ingenti reſonans voce, furebat Atys.
Facundas alius Clarii bibit ebrius undas;
Et furit, inſanâ cùm ſaturatur aquâ.
Me dementabit ſuccus generoſior uvæ;
Et cerebrum unguenti vincet amænus odor.
Immensâ fiam laſcivæ Cypridis amens
Luxurie, & multâ Phyllide plenus ero.
" Demens eſt, qui non ſic vult furere; & bibat ille
" Helleborum, qui me ſanior eſſe cupit.

XIV.

In Amorem.

CEdo, & amare volo; deponas tela Cupido;
Jamque minax bellum ceſſet; amare volo.
Me primò blandus, poſitis & amicior armis,
Lenta pati ipſius vincula ſuaſit Amor.

Lævus

Quibus ego aſſentior: Malè enim diceretur *formoſa* Cybele, vetula deorum mater.

XIV. V. 16.

Ὁ δ' εὐθὺ τόξον ἄρας,
Καὶ χρυσέην φαρέτρην,
Μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
Κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων
Θώρηϰ', ὅπως Ἀχιλλεὺς,
Καὶ δοῦρα, ϰὴ βοείην,
Ἐμαρναμένην Ἔρωτι.
Ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον.
Ὡς δ' οὐ πέτ' εἶχ' οἴϰαδε,
Ἤχαλλεν, εἰσέδυ ἑαυτὸν
Ἀφῆϰεν εἰς βένεμνον.
Μέσϕ γὴ ϰαρδίῃ μοι
Ἔδυνε, ϰὴ μ' ἔλυσε.
Μάτην δ' ἔχω βοείην·
Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

XV.

Εἰς Ἑαυτὸν.

Οὐ μοι μέλει Γύγαω,
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος·

Οὐθ'

XIV.

V. 16. Καρδίης.] Γρ. χραδίης. Sed metrum non convenit.

V. 19. Βαλώμεθ'.] Vatican. MS. (inquit Barnesius) βάλοιμεν. Canterus vertit *Muniamur*; Quasi περιβαλώμεθα esset: Quare nec exponi deberet *Petamur*,

Lævus ego mentis renui; tum flexilis arcus,
Aureaque illius rapta pharetra manu eſt.
Nec mora, me cunctantem haud æquo Marte laceſſit;
Et prior, huc adſis, congrediamur, ait.
Aſt ego thorace inſtructus, velut alter Achilles,
Haſtiſque, & clypeo tectus, ut ille, latus;
Adſtabam contrà: jam jamque Cupidinis arcus
Stridet, & à nervo crebra ſagitta volat.
Effugi, cautoque eluſi ſpicula curſu;
Jamque Dei telis orba pharetra fuit.
Indoluit; ſeſeque in me, velocius Euro,
Ocyus & celeri turbine, torſit Amor.
Trajecit penitùs, ſeque in præcordia totum
Induit; & vivens ſolvit arundo jecur.
Jam fruſtra arma gero, fruſtra jam tela coruſco;
Intus ubi pugna eſt, pectus & hoſtis habet.

XV.

In Seipſum.

CLara (nec invideo) circumferat arma per orbem,
Et gerat inſignis regia ſceptra Gyges.

Non

mur, aut *Feriamur*, verùm *Armemur*. Siquidem ità ſæpe apud Poetas ſimplicia pro compoſitis ponuntur. Hæc ille; nec abs re. Ego tamen Lectionem Vaticanam potius eligo.

XV.

V. 2. Τᾶ.] Γρ. τὰ. Multò meliùs. Ità enim exprimitur

Οὐθ' αἱρέει με χρυσός,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.
Ἐμοὶ μέλει μύροισι
Καταβρέχειν ὑγρήλην·
Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
Καταστέφειν κάρηνα.
Τὸ σήμερον μέλει μοι·
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;
Ἕως οὖν ἔτ' ἐυδ' ἐστὶ,
Καὶ πῖνε, κὴ κύβδυε,
Καὶ πρόσδε τῷ Λυαίῳ.
Μὴ νῦσθ' ἥν τις ἔλθῃ,
Λέγῃ σὲ μὴ πιεῖν δεῖ.

XVI.

Εἰς Ἑαυτὸν.

Σὺ μὲν λέγῃς τὰ Θήβης,
Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀὐτὰς,

Ἐγὼ

mitur Nominativus; juxta alteram lectionem durè subintelligitur. Sic etiam Od. XXVI. 3. Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ χρύσεα.

Ibid. Σάρδεων.] Γρ. Σαρδίων.

V. 3. Οὐθ' αἱρέει &c.] Γρ. Οὐθ' εἵλέ πω με χρυσός. *H. Steph.* Verùm Vatican. MS. Οὐθ' εἵλε πω με ζῆλος. *Barn.*

V. 11. Ἕως.] Rectè Barnesius ἔως, non ὡς, ut alii.

V. 15. Λέγῃ, σὲ μὴ πιεῖν δεῖ.] Hanc lectionem, utpote liquidam, & metro convenientem, è multis seligo. Legitur enim μηδὲ πίνειν — μὴ δεῖ πίνειν — μηδὲ δεῖ σὲ πίνειν — μὴ τι πίνειν. — Lego autem δεῖ, non δεῖν, ob euphoniam; nec minùs

Gram-

Non mihi fœta auro, atque argento divitis arca,
Nec regum invidiam ſors opulenta movet.
Sola mihi cura eſt nardo perfundere barbam,
Et bibere, atque unctis ſerta parare comis.
Sola agitant animum præſentia ; fata diei
Craſtinæ inacceſsâ numina nocte premunt.
Dum ſudum eſt igitur diffuſo lumine cœlum ;
Lude, bibe, & Baccho ſer ſacra ritè patri :
Nè forte adveniens, morbo comitata maligno,
Dicat te mendax Parca bibiſſe ſatis.

XVI.

In Seipſum.

TU tragico obſeſſas decantas carmine Thebas ;
Perſonat hic grandi Troica bella tubâ.

Victus

Grammaticè. Eſt verò ſenſus, uti conjicio ; Bibe quantum potes ; nè mors, inopinantem opprimens, dicat, Oportet te non amplius bibere ; i. e. dicat te ſatis bibiſſe : cùm reverà id nondum feceris. Ità interpretor ; quia ſi ſimpliciter dicatur oportere te non amplius bibere, laborat ſenſus. Nam verum erit hoc, quantumvis biberis, quandocunque mors venerit ; veniet autem, bibas licet quàm maximè. Si quæratur, quid ſit ſatis bibere ; reſpondeo, ad mentem Epicureorum, quantum potes.

Ἐγὼ δ' ἐμὰς ἀλώσεις.
Οὐχ ἵππος ὤλεσέν με,
Οὐ πεζὸς, οὐχὶ νῆες·
Στρατὸς γὰ καινὸς ἄλλος,
Ἀπ' ὀμμάτων βαλών με.

XVII.

Εἰς Ποτήριον.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας,
Ἥφαιστέ μοι ποίησον,
Παν οπλίαν μὲν οὐχί·
Τί γὰρ μάχαισι καὶ μοί;
Ποτήριον γὰ κοῖλον,
Ὅσον δυνὴ βάθιστον.
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ,
Μήτ' ἄστρα, μήθ' ἁμάξας,
Μὴ συγνὸν Ὠρίωνα·

τί

XVI.

V. 7. Ἀπ' ὀμμάτων. &c.] *Vatican.* MS. Ἀπ' ὀμμάτων με βάλλων. *Barn.*

XVII.

V. 3. Παν οπλίαν &c.] Baxterus vult παν οπλίαν hic figuratè dici pro viro aliquo παν οπλίᾳ induto &c. Alius nescio quis in Gellii Edit. Elzivirianâ armatum hominem exponit. Cùm Anacreon respiciat apertè ad Achillis armaturam (non, ut Brodæus, ad Nestoris poculum) à Vulcano factam, & præcipuè ad illius clypeum, in quo Pleiades, Bootes

Victus ego, & captus, memoro mala propria; noſtram
Exercet clades non aliena lyram.
Hanc mihi non equites cladem, pediteſve tulerunt,
Plurimave inſtructo milite plena ratis:
At novus inſolitis vicit me exercitus armis,
Phyllidis ex oculis lucida tela vibrans.

XVII.

In Poculum.

NON rogo ut arte tua cudas mihi, Mulciber, arma;
Quid mihi cum pugnis? haud gerit arma ſenex.
Sed pateram argento immanem mihi finge, Lyæi
Quæ capiat rivos, purpureumque mare.
Aſt in eâ tardi nè ſculpas plauſtra Bootæ,
Nec triſtes Hyadas, Plëiadumve gregem.
Quid mihi cum ſtellis? multo ſed onuſta racemo
Exornet cyathi vitis amœna latus.

Illic

Bootes, & Orion. Qui verò hoc Diſtichon rejiciunt minimè ſunt audiendi; cùm ſine illo nè ſequens quidem Diſtichon ποτήριον δὲ κ. λ. ſtare poſſit. *Barn.* Miror ſanè quid Baxtero, alterique iſti in mentem venerit. Qui autem hoc Diſtichon rejiciunt, craſſiſſimi ſint ingenii, judiciique neceſſe eſt.

Παντοπλίαν μὲν ἐχέτω·
Τί γὰρ μαχαίσι καὶ μοι;
Ποτήριον δὲ &c.

V. 7. Ποιεῖ &c.] Γρ. Καὶ μὴ ποίει — in Edit. A. Gell. 1536. non malè *Barn.*

Τί Πλειάδεσι κἀμοί;
Τί δ' ἄρκτοισι βοώτεω;
Ποίησον ἀμπέλους μοι,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ χρυσέους πατῆσας,
Ὁμῦ καλῷ δυσίῳ,
Ἔρωτα τὸν βάθυλλον.

XVIII.

Εἰς τὸ αὐτό.

Καλλίτεχνά μοι τόρευσον
Εἴαρος κύπελλον ἡδύ.
Τὰ ὥρῶτα, τερπνὸν ἡμῖν
Ῥόδον φέρουσαν Ὥρῃ.
Τὸν ἄργυρον δ' ἁπλώσας,
Τερπνὸν ποίει πόπον μοι·

Τῶν

V. 10. Τι Πλειάδεσσι &c.] Gr. Τί Πλειάδων μέλει μοι; Vatican. MS. *Barn.*

V. 11. Τι δ' &c.] Τί γὰρ καλεῖ Βοώτεω; Vatican. MS. In aliquibus etiam sic; Τί δ' ἄρκτος Βοώτεω; *Barn.*

V. 12, 13, 14. Ποίησον ἀμπέλους &c.] *Anthолog.* & *Petrus* Crinitus, Ἀλλ' ἀμπέλους χλοώσας, καὶ βότρυας γελῶσας: quibus in *Vaticano* additur, Καὶ Μαινάδας τρυγᾶσας. Ποίει δὲ λῆνον οἶνε. *Barn.* Pulchra profectò hæc omnia. Sed addit Barnesius ex eodem MS. alia paucula minùs sana; quæ non est operæ pretium transcribere.

V. 15. Ὁμοῦ &c.] Gr. Σὺν τῷ.

XVIII.

Est hæc Ode generis mixti quoad metrum; de quo suprà.

V. 1. Καλλίτεχνα.] Ita Ste-

Illic purpureas Bacchus premat aureus uvas,
Aureus hic musto crura cruentet Amor.
Quos inter pulchro mihi fulgeat ore Bathyllus,
" Nec Diis indignus, nec Ganymede minor.

XVIII.

In Idem.

INgentem cratera, faber mihi, docte, labora;
Inque illo sculptas exprime veris opes.
Præcipuè gratum benè sedulus exprime tempus,
Quo terra Idaliis floret odora rosis.
Hic etiam, socios inter, me pone bibentem;
Exundentque rubro spumea vasa mero.

Ne

Stephanus, & Barnesius. Alii καλὴ τέχνα: Ars pro Artifice. Legendum potiùs, me judice, Καλλίτεχνε: Vocem Καλλίτεχνης nullibi reperio.

V. 2. Ἔαρος.] Γρ. ἔαρος.

V. 3, 4. Τερπνὸν ῥόδον.] Γρ. τερπνὰ ῥόδα. Sed non constat metrum.

V. 5. Τὸν ἄργυρον &c.] Pro ἀργύριον, quod malè priùs obtinebat, ἄργυρον repono cum Articulo, ut Od. præced. Τὸν ἄργυρον τορεύσας. Ità *Barnesius*; rectè proculdubiò. Vox ἁπλώσας (inquit idem) elegantèr usurpatur de cælaturæ argumenti simplicitate, quod nihil mysticum aut hieroglyphicum acciperet, &c. sed Bacchum tantùm, & Venerem, Vitem, Racemos &c. In Versione, pro Argento posui Aurum; quæ mutatio nullius est momenti.

Τῶν τελετῶν, παραινῶ,
Μή μοι ξένον τορεύσῃς,
Μὴ φθονηὸν ἰσόρημα.
Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον,
Βάκχον Εὔϊον ἡμῖν
Μύσιν νάμαθον, ἢ Κύπριν
Ὑμεναίοις κρατῆσαν.
Χάραξον Ἔρωτ' ἄνοπλον,
Καὶ Χάριτας γελώσας,
Ὑπ' ἄμπελον ἐυπέταλον,
Εὐβότρυον, κομῶσαν,

Καὶ

V. 6. Τερπνὸν ποίει πότον μοι.] Ità rectiùs Stephanus. Γρ. Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν. Sed obstat metrum. "Pro quo (inquit Barnesius) Vatican. MS. Ποτὸν ποίμοι τερπνόν. Salvo versu, si sic staret sensus." Et quid ni staret sensus? Legit ille Πότον ποίει, vertitque *poculum fac.* Sed non docet nos apud quem idoneum Autorem vel πότος, vel πότον poculum significet. Significat certè πότος potatio, compotatio, convivium; ποτὸς potabilis, ποτὸν potus. Ego non video quare, lectio Vaticana non admittatur. Ποτὸν πίομοι &c. i. e. in sculpturis sculpe me bibentem. Juxta Stephani, aliorumque lectionem, eodem ferè res recidit. Jubet Sculptorem cælare Compotationem in poculo.

V. 7, 8. Τῶν τελετῶν, παραινῶ, Μή μοι &c.] Miror Baxterum, priorem versum sic reddentem *Mysteria recuso.* Ubi enim significat παραινέω recuso? Ad literam; "Ceremoniarum (admoneo) ne mihi peregrinum [quid], nec abominandum argumentum sculpas." Perperam & nullo sensu legitur τορεύσας. Certè vel τορεύσῃς (ut Vatican.) vel τορεύσαις.

V. 9

Ne viola ſimplex peregrinis ritibus aurum;
Nec gerat inciſus barbara ſacra calix:
Sed pateram exornet noſtram Jove natus Iacchus;
Sculptilis aut nitido luceat ore Venus:
Quæ lætos decorat riſu præſens Hymenæos,
Quæ ſponſæ, & ſponſo plaudit amica viro.
At Bacchus Myſtes pretioſos temperet hauſtus,
Commiſcens pingui fervida vina manu.
Vitis ponatur rubicundis curva racemis,
Pampineaſque procul fundat amœna comas.
Cujus, cum cœtu Charitum petulante, ſub umbrâ
Rideat, & lentè ludat inermis Amor.

His

V. 9. Φευκτὸν.] Γρ. φυκτὸν.

V. 12. Μύστης νάματος, ἢ Κύπρις.] Hoc modo verſum felicitèr reſtituit Dacieria; cùm anteà reclamantibus communi Senſu, & Grammaticâ, legeretur, Μύστις νάματος· ἡ Κύπρις. "Bacchus autem (ait Barneſius) rectè dicitur νάματος μύστης, ſive ſumas νάματος pro vino, ſive in genere pro quovis dulci liquore," &c. Verùm (inquam ego) quid intelligitur per iſtud μύστης νάματος? Ad literam, Myſta, ſive Initiator liquoris, i. e. vini. Elliptìcè, pro, qui initiatur homines ſacris ad vinum ſpectantibus.

V. 13. Ὑμεναίοις κροτοῦσαν.] Γρ. ὑμεναίοις, & ὑμεναίων, κρατῆσαν. Utrumque minùs benè.

V. 14. Χάρασσ' Ἔρωτ' ἄνοπλον.] Baxter malè omiſit Χάρασσ', & καὶ illius loco inferciit. Ego vocem, quæ rectè in veteribus aderat, in ſuam ſedem repono; & pro Ἔρωτας ἀνόπλους quod in multis obtinuit, Ἔρωτ' ἄνοπλον repono, ob Emphaſin &c. *Barn.*

V. 16. Ἠδ'.] Γρ. καὶ.

V. 18.

Καὶ κέρας εὐπρεπεῖς, μοὶ
Ἂν μὴ φοῖβος ἀθύρῃ.

XIX.

Εἰς τὸ δεῖν πίνειν.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δ' ὁ δένδρε' αὐτῇ,
Πίνει θάλασσα δ' ἀέρας,
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.
Τί μοι μάχεσθ' ἑταῖροι,
Κ' αὐτῷ θέλοντι πίνειν;

XX.

Εἰς Κέρωτα.

Ἡ Τάνταλε ὠότ' ἔσῃ
Λίθος φυγὼν ἐν ὄχθαις.

Καὶ

V. 18. Καὶ κέρας &c.] Ità lego cum Baxtero. Al. Σύναπτε κέρας εὐπρεπεῖς.

V. 19. Ἂν μὴ &c.] Ad literam, si Phœbus non luserit. i. e. Sculpe Phœbum; vel, si hoc non deceat, Sculpe juvenes &c.

XIX.

V. 3. Ἀέρας.] Quorsùm *auras?* Omnia animalia bibunt auras; Mare verò bibit fluvios. Ad hunc locum omnes interpretes prorsùs silent: Neque ego illius sensum satis capio. Verum est quidem mare vorticibus

His teneræ addatur mortalis turba juventæ ;
Si decorare meas nolit Apollo dapes.

XIX.

Bibendum esse.

A Jove demissos sitiens humus ebibit imbres,
Innumera irriguam mox bibit arbor humum.
Oceanus vastis absorbet hiatibus auras,
" Et vorat immensas non satiandus aquas.
Oceanum sol ebibit ; oceanumque bibentem
Ipsum etiam solem menstrua luna bibit.
Cur igitur tetrici mihi vina negatis, amici?
Omnia cùm madeant, sobrius unus ero ?

XX.

Ad Puellam.

UDum, flens saxum, Phrygiis in collibus olim,
Fixa stetit Niobe, diriguitque dolens.
Induit

vorticibus suis auras absorbere ; sed frigidum hoc, & jejunum ; quia idem (ut dixi) faciunt omnia animalia. Ut sensus in versione sanior constet, addidi versiculum, *Et vorat* &c.

XX.

V. 2. Ὀχθαις.] Forsan ὀχθοις. Utrumque reddi potest vel *ripis*, vel *collibus*. Malim posterius ; quia nulla fluvii fit mentio. De monte Sipylo, aliisque rebus geographicis, nihil sollicitus sum. Dormitat ad hunc locum Barnesius, & sibi videtur contradicere.

V. 16.

Καὶ παῖς ποτ' ὄρνις ἔπτη
Πανδίονος χελιδών.
Ἐγὼ δ' ἔσοπτρον εἶλον,
Ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με.
Ἐγὼ χιτῶν' ὑφαίνω,
Ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
Ὕδωρ θέλω γυναῖξι,
Ὅπως σε χρῶτα λούσω.
Μύρον, γυνάι, γυναίξιν,
Ὅπως ἐγώ σ' ἀλείφω.
Καὶ ταινίην ὑφαίνω,
Καὶ μάργαρον τραχήλῳ,
Καὶ σάνδαλον γυναίξιν,
Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

XXI.

Εἰς Ἑαυτόν.

Δότε μοι, δότ', ὦ γυναῖκες,
Βρομίου πιεῖν ἀμυστί.
Ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη
Προποθεὶς ἀναξενάζω.
Δότε δ' ἀνθέων ἐκείνων
Στε-

V. 16. Πατεῖν.] Supple ὡς.

XXI.

V. 2. Βρομίου.] Supple μέρος, vel particulam ὀν. Ità etiam inferiùs: Δότε δ' ἀνθέων.

V. 4. Προποθεὶς.] Gr. πυρωθεὶς. Sed præterquam quòd ita non rectè conſtet metrum, προποθεὶς eſt vox ele-

Induit & volucris Pandione nata figuram,
Et patrios mœrens viſit hirundo lares.
Aſt ego vel ſpeculum fierem ; ut tua, chara Lycori,
Luderet in noſtro forma reflexa vitro.
Aſt ego vel veſtis fierem ; ut tibi proximus eſſem,
Ut ſis ipſa aliis tecta, retecta mihi.
Lenè fluens rivus fierem ; ut te, pulchra, lavarem
Ut mea marmoream lamberet unda cutim.
Vellem formoſum circundare tænia collum ;
Aut ſplendere tuo lucida gemma ſinu.
Vel ſi me calcare levi dignabere tritum
Sub pede, nec renuo calceus eſſe tibi.

XXI.

In Seipſum.

SÆvit ſol radiis ; languentem Sirius ardor
Me coquit, & fauces urit anhela ſitis.
Bacche pater, fer opem ; date mollia vina, puellæ ;
Ut minuant rapidas mollia vina faces.
Ferte citæ gelidos flores, & ſerta ; roſarum
Soletur calidum dulcis ut umbra caput.

Nec

elegantior. Bibere quidem non eſt ſolis, vel caloris, propriè loquendo ; ſed novimus hujuſmodi locutiones, *frigus adurit* ; *coquere*, pro *torrere* &c. Atque hic loci *bibere* pro *exhaurire*, *conſumere* &c.

V. 5. Ἐκείνων.] Sic utique omninò legendum ;

non

Στεφάνους, οἵους πυκάζω,
Τὰ μέτωπα μου πικαίει.
Τὸ δ' αἷμα τῶν Ἐρώτων,
Καρδίη, τινί σκεπάσω;

XXII.

Εἰς Βάθυλλον.

Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε,
Κάθισον, καλὸν τὸ δένδρον·
Ἁπαλὰς σείει δ' ἀκάνθας
Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.
Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
Πηγὴ ῥέουσα Πειθοῦς.

non ἐκείνου, ut in multis codicibus, sed absurdè.

V. 7. πικαίει.] Per Aphæresin, pro ἐπικαίει. Miror Baxterum, qui verbum hoc reddit per *ardet* pro *urit*; atque hunc, duosque præcedentes versiculos punctis malè distinguit, & perperam prorsùs intelligit.

V. 9. Καρδίη &c.] Legitur καρδίῃ Dativ. *corde*, & καρδίη Vocativ. *ô cor* [meum.] Prior lectio (ut ex dicendis constabit) quicunque ei sensus tribuatur, nihil efficit: Sana satis posterior. "O cor; τίνι, quâ re &c.? Vel Subaudi σεφάνῳ respectu habitu ad V. 6. Lego autem potiùs σκεπάσω quàm σκεπάζω; sensus licet futuri temporis eleganter interdum exprimatur per præsens: Cujusmodi multa sunt exempla, tam Latinè, imò Anglicè, quàm Græcè. Frustra sunt qui legunt καρδίῃ τίνι &c. sive cum interrogatione, sive sine interrogatione: "Quo corde tego &c.? Corde aliquo tego &c. Sensus est plane nullus. Aliquantò melius

Nec detur parcâ umbra manu ; ſit copia florum :
Torret enim frontis marcida ſerta calor.
Frondibus his cupio Phœbeas vincere flammas ;
At quâ fronde tuus vincitur æſtus, Amor ?

XXII.

Ad Bathyllum.

HUC ades, hâc mecum requieſce, Bathylle, ſub umbrâ ;
Quaſſat ubi teneras populus alba comas,
Mollibus in ramis : Ad ſedem invitat amœnam
Fons, juxtà ; & modico ſtridula lympha ſono.
Ipſa fluit Suadela, levi dum murmure labens
Fons ſalit, & tenui dulcè ſuſurrat aquâ.

Hoc

meliùs T. Faber omiſſo πίνι legit κραδίην ἐνισκεπάζω. Corde (meo) premo, & occulto. Sed etiam hoc modo ſenſus eſt vitioſus. Quomodò enim premit amorem ſuum ; quem perpetuò canit, deſcribit, prædicat ? Præterea, iſtud ἐνισκεπάζω apud quem auctorem reperitur ?

XXII.

V. 3. Σάισι ὄ χείτας.] Proculdubiò *populum* intelligit ; cujus tremunt frondes, etiam ſine vento.

V. 5. Ἐρεθίζει.] *Irritat, invitat* ; i. e. vel ſomnos ; vel potius, homines ad ſe. Gr. τιρεπίζει : Eſtque lectio iſta nequaquam improbanda ; quapropter in verſione utriuſque ſenſum expreſſi.

V. 6. Πηγὴ &c.] Ad literam ; Fons fluens Suadâ, vel Suadelâ. Quid delicatius, vel magis poeticum ? Significat autem Πειθὼ tam rem, perſuaſionem ; quàm perſonam, deam ſcilicet perſuaſionis.

Τίς ἂν ἔν ὁρῶν παρέλθοι
Καταγώγιον τοιῦτο;

XXIII.

Εἰς Χρυσόν.

Ὁ πλοῦτος εἶγε χρυσοῦ
Τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς,
Ἐκαρτέρουν φυλάτ]ων.
Ἵν' ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ,
Λάβῃ τι κ᾽ παρέλθῃ.
Εἰ δ' ὧδε τὸ πρίαθ᾽
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
Τί κ᾽ μάτιον σεσάζω;

Τί

V. 8. Τοιῦτο.] Gr. τοιοῦτον. Minùs benè; quanquam admitti potest.

XXIII.

V. 1. Ὁ πλοῦτος εἶγε Χρυσοῦ.] "Frustrà novitatem phraseos miratur Fabri filia; cùm πλοῦτος non modò absolutè dicatur, verùm etiam cum Genitivo cujusvis rei. Ut φιλοσοφίας πλοῦτος Luciano. Quid ni & ἀργύρου, ἠλέκτρου, vel ut hic, Χρύσου πλοῦτος? *Barn.*" Pravum Fabri gustum mirari satis nequeo, hanc Oden, omnium fere pulcherrimam, tanquam spuriam rejicientis, & Anacreonti abjudicantis, ejusque rei hanc solummodò rationem reddentis, quod θανεῖν scilicet V. 4. de quo infrà, pro morte usurpetur, absque articulo τὸ. Alias etiam complures Odas, quoad rei summam pulcherrimas, difficultatibus licet implicatas, & medicam manum poscentes, idem Faber sanare atque restituere

Hoc gramen qui tranſit, & hanc qui negligit umbram,
Elyſios idem non amat unus agros.

XXIII.

In Aurum.

SI liceat rigidas auro corrumpere Parcas,
Ne ſcindant avidâ ſtamina noſtra manu;
Si liceat nummis inſtantem avertere mortem;
Curarem immenſas condere triſtis opes:
Ut me, cùm ingrueret, ſeducta relinqueret auro,
Atque auro ad Stygias victa rediret aquas.
At cùm ſit vetitum durâ cum morte paciſci,
Et nequeant plures vendere fata dies;

Quid

ſtituere non ſatagit; ſed prorsùs rejicit, & Anacreontis non eſſe ſine morâ audacter pronunciat. Mira ſane & nova, ſed & facilis admodùm, libros edendi atque interpretandi ratio.

V. 4. Ἵν' ἂν θανεῖν &c.] "Fruſtrà Faber cum filia queruntur quod θανεῖν ſine articulo τὸ pro θάνατος poni nequeat; nec enim Homeri auctoritatem pro hâc re conſiderabant, nec quòd articulus qui ad τὸ ζῆν præceſſit repeti hic poſſet &c. Homerus Iliad. κ'. v. 173. Ἦ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι. Vatican. MS. legit Ἵν' ἀθανεῖν: haud benè. *Barn.*" Eâdem dictione ſæpius utitur ipſe Anacreon, non ſolùm in hâc Ode, ſed & in aliis. XLVI. 2. φιλῆσαι &c.

V. 6. Οὐδὲ.] Malè redditur per *neque*; ſenſus enim non conſtat. Reddendum *nè minimè quidem*; οὐδὲ interdum valet οὐδὲ γάρ.

Τί χ' γόης προπέμπω;
Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
Ἐμοὶ γένοιτο πίνειν·
Πιόντι δ' οἶνον ἡδὺν,
Ἐμοῖς φίλοις συεῖναι.
Ἐν δ' ἁπαλαῖσι κοίταις
Τελεῖν τὴν Ἀφροδίτην.

XXIV.

Εἰς Ἑαυτόν.

Ἐπειὴ βροτὸς ἐτέχθην,
Βιότου τέλεον ὀδύσσειν·
Χρόνου ἔν παρῆλθον ἔγγυον,
Ὃν δ' ἔχω δεξαμεῖν ἄκ οἶδα.
Μέθετέ με αἱ φρενοβόρβες·
Μηδέν μοι χ' ὑμῖν ἔσω.

Πεὶν

XXIV.

V. 1. Ἐπειὴ.] Rectè Barnesius; pro ἐπειδὴ, ut alii. Addit idem γ' ante ἐτέχθην, ut constet metrum.

V. 3. Κρόνου ὃν &c.] Gr. Κρόνου ἔγγυον ὃν παρῆλθον. Malè, nec metricè. Scribit Barnesius, Κρόνου, ὃς παρῆλθεν, ἔγγυον. Rectiùs forsan, certè μουσικώτερον.

V. 4. Οὐκ οἶδα.] Scribit Barnesius πῶς οἶδε; metri causâ.

Quid vanos fundo gemitus, & inania vota?
Quid voco crudeles ore querente Deos?
Cùm mortem æternus fatorum deſtinet ordo;
Quid mihi nummorum proderit alta ſtrues?
" Ad miſeros abeat contempta pecunia reges;
" Quique eſſe infelix ardet, acervet opes.
At mihi contingat bibere, ac ſine fine madere
Libero, & heſternum ſemper olere merum;
Cum ſociis verſari, & amicis; cumque puellis
Ludere, & in molli luxuriare toro.

XXIV.

In Seipſum.

UT poſſem humanæ ſtadium percurrere vitæ,
Et terere ætatis tempora, natus eram.
Quanta ea ſit, dudum quam trivi molliter ætas,
Hoc ſcio; ſed reſtat quanta terenda, latet.
Utcunque hoc fuerit; vos me dimittite, curæ;
Nil mihi vobiſcum: Porrige vina, puer.

Cum

cau-â. Sed cùm ſenſus ſit melior, juxta vulgarem lectionem, & non ſemper obſervet Anacreon eundem metri tenorem; nihil muto. Plurima in ſequentibus mutat idem Barneſius, verſificationis gratiâ; ſed mutatis haud opus eſt, propter cauſam modò allatam.

Πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τελευτῆν,
Παίξω, γελάσω, χορεύσω
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου.

XXV.

Εἰς Ἑαυτόν.

Ὅταν πίνω τὸν οἶνον,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
Τί μοι γόων, τί μόχθων,
Τί μοι μέλει μεριμνῶν;
Θανεῖν με δεῖ κἀκοῦτα.
Τί ἢ τὸν βίον πλανῶμαι;
Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον
Τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου·
Σοὶ τῷ πιεῖν γὰρ ἡμᾶς
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

XXVI. Εἰς

V. 7. Τελευτῆν.] Rectè quidem Barnesius τελευτῆν (Ionicè pro τελευτᾶν) cùm anteà legebatur τὸ τέλος. *Mori* pro *Mors*; ut Ode præcedenti. Rectè inquam, si legatur φθάσῃ: Malim tamen legere Πρὶν ἐμὲ φθάσαι τελευτῆν.

V. 9. Μετὰ τοῦ &c.] Addit Barnesius (sed uncis includit) Μετὰ τῆς καλῆς Κυθήρης. Quia ita legitur Od. VI.

XXV.

V. 3. Τί μοι γόων &c.] "Cum olim esset, τί μοι πόνων, τί μοι γόων, Baxterus, in hâc quidem parte satis felicitèr, pro τί μοι γόων reposuit τί μόχθων, quod omninò confirmandum duco. Verùm cùm πόνων & μόχθων idem sonent, loco πόνων substitui γόων, atque ità totus versus correctus & purus evadit." *Barn.*

V. 5.

Cum lepido ſaltare, jocari, & ludere Baccho,
Et vitam augendo fallere fata, juvat.

XXV.

In Seipſum.

INter potandum, mihi pectore dormit in udo,
Et ſopita mero cura maligna jacet.
Nè mihi vinoſum diſſolvere cura ſoporem
Audeat, aut feſtos contemerare dies.
Jam nigras mortis tenebras non ſponte reviſam
Triſtis, & infernos cogar adire lacus.
Nolo voluptates, errans in tramite vitæ,
Fallere, & in luctûs devia ferre pedem.
At vino & pateris cuncti incumbamus ovantes,
Urgeat & Bacchi quiſque bibacis opus.
Inter potandum, nam pectore dormit in udo,
Et ſopita mero cura maligna jacet.

XXVI. *In*

V. 5. Θανεῖν με δεῖ κἀ'κοντα.] Placet hæc Baxteriana lectio, potiùs quàm iſta Barneſiana, Θάνοιμι κἀν μελήσας, quam ipſe totam abſque ullâ auctoritate commentus eſt. De metro jam diximus plus ſatis. Olim legebatur Θανεῖν με δεῖ, κἀν μὴ θέλω.

V. 6. Βίον πλανῶμαι;] Πλανῶμαι Mediæ Vocis, ait Barneſius, pro πλανῶ, vitam decipio, & errare facio? Atqui forſan ſubintelligitur κατὰ. Erro, quoad vitam; i. e. errans vivo?

V. 9. Σὺν τῷ πιεῖν γὰρ &c.] "Ità legit Scaliger, pro corrupto

XXVI.

Εἰς Ἑαυτόν.

Ὅτ' εἰς με Βάκχος ἔλθῃ,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι·
Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου,
Θέλω καλῶς ἀείδειν.
Κισσοστεφὴς γὰρ κεῖμαι,
Πᾶσι δ' ἄπασι θυμῷ.
Ὁπλίζ', ἐγὼ γὰρ οἶνω.
Φέρε μοι κύπελλον, ὦ παῖ.
Μεθύοντα γάρ με κεῖθαι
Πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.

XXVII. Εἰς

corrupto illo quod priùs obtinuerat, Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς: Cujus loco Henr. Stephanus putavit primum hujus Odæ versiculum repetendum. Nunc non opus." *Barn.*

XXVI.

V. 1. Ὅτ' εἰς με &c.] Gr. Ὅτε μ' ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ. At perplacet Scaligeri lectio, Ὅταν εἰς με Βάκχος ἔλθῃ. "Sed mallem observasset ille, ex ὅτ' hoc in loco malè factum ὅταν, quòd ità inceperet præcedens Ode, atque proinde legendum Ὅτ' εἰς με Βάκχος ἔλθῃ." *Barn*

V. 7. Ὁπλίζ' &c.] "Non possum satis mirari (inquit Baxterus, cui etiam assentitur, quod tamen rarò facit, Barnesius) quid Stephano in mente fuerit, cùm hunc elegantissimum versiculum, ità reddiderit,

Ad arma currat alter;

cùm sit meridianâ luce clarius Poetam nostrum puerum suum alloqui, atque

XXVI.

In Seipſum.

LIber ubi pectus viſit; ſubitò improba cedit,
Et fugit ingentem cura repulſa Deum.
Quicquid habet Crœſus videor mihi dives habere;
Jam juvat argutæ fila movere lyræ.
Omnia proculco, quæ regna, & gloria belli
Promittunt, hederâ cinctus inerme caput.
Inſani miles lætus gerat arma Gradivi;
Ipſe manu Bacchi lætior arma geram.
Præſtat enim vino ſterni, quàm morte; madere
Sanguine non cupio, malo madere mero.

XXVII. *In*

que jubere ei uti ſe tanquam ad pugnam poculis atque vino armet, quò herum ſuum humi proſternat; quod vel ex voce ſubjectâ κεῖσαι liquidò patet." Hæc ille. Neque ego minùs miror quid Baxtero in mentem venerit, ut tam abſurda tantâ cum confidentiâ temerè effutiret. Alloquitur quidem poeta puerum iſtis verbis, Φέρε μοι &c. V. 8. at non ſequitur eundem alloqui enim Verſu præcedenti. Ad ſenſum verò quod ſpectat, quid magis ridiculum quàm compotare cum hero ſervum puerum? Ex voce autem κεῖσαι quomodo *patet* velle poetam ſe à puero ſterni? E contrà, quid elegantius quàm iſta Antitheſis inter *bello ſterni, & vino ſterni?* Quod ait Barneſius, "tunc enim, (i. e. ſi ſit ſenſus, quem nos amplectimur) ὁπλίζῃ eſſet," prorſus nihil eſt. Nonne poteſt ſubintelligi pronomen σύ? Quod quidem neceſſe

XXVII.

Εἰς Διόνυσον.

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς, ὁ Βάκχος,
Ὁ λυσίφρων, ὁ Λύαιος,
Ὅταν φρένας ἐς ἁμὰς
Ἐσέλθῃ μεθυδώτης,
Διδάσκει με χορεύειν·
Ἔχω δ' ἤ καί τι τερπνὸν,
Ὁ τῆς μέθης ἐραστής·
Μετὰ κρότων, μετ' ᾠδῆς,
Τέρπει με κ' Ἀφροδίτη·
Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

XXVIII. Εἰς

ceſſe eſt fieri, etiam ſi ſua ipſius interpretatio admittatur. Ὁπλίζε (σέ, videlicet) ad miniſtrandum mihi. Fateor ὁπλίζω "non ad belli "*tantùm*, ſed ad cujuſvis rei "*apparatum* attinere." At certè ad arma *potiſſimùm* refertur. Et quantò præſtantior eſt ſenſus quem nos eligimus! Armato te, (quiſquis es cui bellum arridet) ad pugnandum; ego verò armabo me ad bibendum:

Μεθύοντα γάρ με κεῖνος
Πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.

Eſt autem hæc Ode, quoad metrum, generis mixti; ſicut & ſequens, aliæque.

XXVII.

V. 3. Ἁμὰς.] Γρ. ἡμᾶς. Malè

XXVII.

In Bacchum.

CUM mentem ingreditur Bacchus Jove natus, abactor
Curarum, vini, lætitiæque dator;
Me bellè ſaltare docet; jam dulcia carpo
Gaudia temeti, deliciiſque fruor:
Delectant cantus, crepitus cyathûm, alma Cythere,
Eſt libitum ruptos mox iterare choros.

XXVIII. *In*

Malè; ob metrum, "Non autem magis hic Δωριάζει Anacreon, quàm ipſe Homerus, Iliad. π'. v. 830." *Barn.*

V. 4. Μεθυσώτης] Γρ. μεθυστής, ſed minùs metricè.

V. 8. Κρότων.] "Notandum ait Baxterus, κρότους eſſe fidium ſtrepitus." Nequaquam. Muſicis Modulationibus minimè congruit vox iſta. Dubio procul intelligit poeta vel plauſus, vel crepundia quædam in conviviis uſurpata, vel potiùs poculorum ſtrepitus.

V. 10. Καὶ πάλιν &c.] Scribit Barneſius πάλι. Heinſius πάλιν, ſed ſublato καὶ.

XXVIII.

Εἰς τὴν ἑαυτῦ Ἑταίραν.

Ἄγε ζωγράφων ἄριστε,
Γράφε ζωγράφων ἄριστε,
Ῥοδίης κοίρανε τέχνης,
Ἀπεῖσαν, ὡς ἂν εἴπω,
Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
Γράφε μοι τρίχας τοπρῶτον
Ἀπαλάς τε καὶ μελαίνας·
Ὁ δ' ἢν κηρὸς ἂν δυνήται,
Γράφε καὶ μύρτα πνεούσας.
Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς,
Ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις,
Ἐλεφάντινον μέτωπον.
Τὸ μεσόφρυον δ' μή μοι
Διάκοπτε, μήτε μίσγε·
Ἐχέτω δ', ἵπως ἐκείνη,
Τὸ λεληθότως σιώφρυ,

Βλεφάρων

XXVIII.

V. 1. Ῥοδίης &c.] Rhodii insignes erant Pictores. Γρ. ῥοδέης τοξέα. Non benè.

V. 2. Κοίρανε.] Γρ. τύραννε. Melius, ratione metri; non malè, ratione vocis. Τύραννος τέχνης, rex, i. e. princeps, maximus in suâ arte. Ità Philostratus, βασιλεὺς λόγων.

V. 9. Ἐξ ὅλης &c.] "Ἐξ ὅλης παρειῆς dixit, quoniam utraque gena non potuit integra depingi in tabulâ cereâ, uti nec frons; voluit autem unam certè integram ponì,

XXVIII.

In Amicam ſuam.

HUC ades, ô calamorum, & ſucci docte ſequacis;
Pollentique meam Phyllida pinge manu.
Nunc abſit licet illa, mihi tamen hæret in imo
Pectore, non delenda; & licet abſit, adeſt.
Pingas ergo tibi ut dictavero ſingula; pinge
Nigrantes, primùm, molliculaſque comas:
Gratâ etiam nardo, ſi poſſis, finge madentes;
Et dulcè in tabulâ ſpiret amœnus odor.
Ponatur gena tota una; & ſub crine nigranti,
Egregiæ niteat frontis eburnus honos.
Neve ſuperciliorum arcus ità ſcribe decoros,
Crinitum ut jungat miſtus uterque decus;
Nec tantum facias diſcrimen, ut inter eoſdem
Diſtincto ſpatio luceat alba cutis:
At dubium, obſcurumque appareat intervallum;
Ipſius in vultu quale videre juvat.

Facti

ponì, quo & ipſa frons conſpectior fieret. *Baxt.*

V. 11. Ὑπὸ πορφυραῖσι.] Πορφύρεος apud Græcos, ſicut & *purpureus* apud Latinos ſæpe valet *nigricans*, ſive *ſubniger*; imò interdum ſignificat quemvis colorem cum ſplendore quodam. Γρ. ὑποπορφύραισι uno verbo; & certum eſt dari iſtam vocem ὑποπόρφυρος. Sed ſi ità hic legeretur, nulla eſſet vox quæ regeret caſum in ὑποπορφύραισι, & nullus ſenſus conſtaret.

V. 16. Τὸ λιληβότως σύνοφρυ.] "Ὁ καὶ ἡ σύνοφρυς, καὶ

Βλεφάρων δ' ἴτυν κελαινὴν.
Τὸ γὰρ βλέμμα νυὶ ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησεν,
Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης,
Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.
Γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς,
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.
Γράφε χεῖλος οἷα Πειθοῦς,
Προκαλύμμενον φίλημα.
Τρυφερῷ δ' ἔσω γλυκείῃ,
Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ,
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν,
Ὑποπορφύροισι πέπλοις.
Διαφαινέτω γὰρ σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.

Ἀπέχει

καὶ, τὸ σύνοφρυ. Qui enim τὸ σύνοφρυν faciunt, malè distinguunt &c. Τὸ itaque ad σύνοφρυ omninò pertinet, ad λελῃθότως minimè. Nam utut dicimus τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα adverbialiter, nunquam certè dicimus τὸ πρῶτως, nisi *technicè*. Dicimus itaque τὸ λελῃθὸς etiam adverbialiter, at τὸ λελῃθότως nequaquam. Vatic. MS. λελῃθότῳ legit; quæ vox nihil hic habet." *Barn.*

V. 17. Βλεφάρων δ' ἴτυν &c.] "Hen. Stephanus & Fabri filia viderunt τὸ δ' post βλεφάρων poni debere; si quis priùs confirmatæ lectioni (ad Versum præcedentem) adhæreat, quod & ego faciendum puto. Nota βλεφάρων ἴτυν eleganti periphrasi pro βλεφαρίδας positum; quod miror H. Stephano non visum. *Barn.*" Certum est quidem palpebras hic poni pro crine palpebrarum, eumque esse distinctum quiddam à superciliis.

Facti ex igne oculi jaculentur amabile fulgur;
Sint glauci, quales bellica Pallas habet;
Sint ſimul humentes, quales habet alma Cythere;
Sic è Diis miſtum vibret uterque jubar.
Inque genis tibi dum calamus, naſoque laborat;
Certet ibi niveo vivida lacte roſa.
Mollia fac illi, quæ invitent oſcula, labra;
E quibus & Suadæ dulcia mella fluant.
Ridentes volitent Charites per candida colla;
Mentum infra tenerum, quo cubat ipſa Venus.
Ad ſummam, illecebras ubi delibaveris omnes;
Indue purpureo cerea membra peplo.
At nudum exiguâ corpus de parte relinquas;
Ut ſpectans, quàm ſint cætera pulchra ſciat.

Jamque

perciliis. Sed cùm ſuprà non ſemel dixerit poeta crines Amicæ ſuæ nigros eſſe, & palpebrarum crinis cum ſuperciliis pænè coincidat; hunc verſiculum in verſione hic omiſi, utpote cujus ſenſus in ſuperioribus exprimatur.

Nigrantes primum &c.
Neve ſuperciliorum arcus &c.

V. 21. Ὑγρὸν.] Nugantur hîc Baxterus, Barneſius, Stephanus; per ὑγρὸν intelligentes *pætum, tremulum, petulans* &c. Ad literam verto *humidum*. Oculi (ut rectè Dacieria) in quibus ineſt quantulumcunque humoris, ſunt vividi magis quàm alii, & ignis pleniores.

V. 27. Λυγδίνη] i. e. marmoreo. A Lygdo in Paro inſulâ marmore optimo celeberrimâ.

Ἀπέχθ· βλέπω γὰρ ἀυτλύ.
Τάχα κηρὲ κ᾽ λαλήσ᾽ς.

XXIX.

Εἰς Βάθυλλον.

Γράφε μοι Βάθυλλον ἔτω,
Τὸν ἑταιρον, ὡς διδάσκω.
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας,
Τὰ δ᾽ ἐς ἄκρον ἠλιώσας :
Ἕλικας δ᾽ ἐλευθερὰς μοι
Πλοκάμων, ἄτακτα ζωθεὶς,
Ἄφες ὡς θέλουσι κεῖσθαι.
Ἁπαλὸν ᾧ κ᾽ δροσῶδες
Στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς,
Κυανοτέρη δρακόντων.
Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔσω,
Κεκερασμένον γαλήνῃ·
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
Τὸ ᾧ τῆς καλῆς Κυθήρης·

Ἵνα

XXIX.

V. 4, 5. Τὰ μὲν—Τὰ δὲ--] "Vatican. MS. bis legit τὰς pro τὰ, quod minimè ferendum. Nec enim *verſus* ratio patitur, nec *ſenſus* proprietas. Non enim dicit hos capillos nigros, hos ſubrufulos; ſed eoſdem ipſos capillos hâc in parte, viz. interiùs nigricare, exterius flaveſcere. Τὰ μὲν itaque ſynecdochicè pro κατὰ τὰ, & ſubaudiend. μέρη τινά." *Barn.*

V. 8. Θέλουσι.] Γρ. θέλωσι.

V. 9, 10, 11.

Jam ſatis eſt; ipſam, præſentem, cerno puellam:
Ipſa, reor, diſces, picta tabella, loqui.

XXIX.

In Bathyllum.

ARma pares iterum Pictor; pulchroque Bathyllo,
Te pingente, meus fulgeat ore puer.
Spargatur nitida, ac diffuſa volumine multo,
Per tergum, & nullâ pendeat arte coma.
Illa ſit extremâ flavi de parte coloris,
Formoſum exornet cæterà nigra caput.
Rore ſupercilium madeat, flexuque recurvum
Cæruleo frontis læve coronet ebur.
Nigrantes rutilent oculi, atque immitè tuentes;
Non tamen uſque acies aſperet ira truces:
At placidè lucens, & fulgure miſta ſevero,
Leniat horrentes blandior aura minas.
Sic eſt juncta Venus Marti; ſic pectus amantis
Alterna exagitant ſpeſque timorque vice.

Um-

V. 9, 10, 11. Ἁπαλὸν— φοινόεντων.] Ad verbum; 'Teneram & roſcidam coronet frontem ſupercilium, magis cæruleum draconibus.' In verſione rorem tranſtuli à fronte ad ſupercilium: ſed eôdem res recidit. Omiſi *draconibus*, quia non nitet in noſtro carmine. Quomodo autem *coronat* frontem ſupercilium? Credo *coronare* idem hic valere ac *ornare*; quia coronæ ſunt ornamento.

Ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
Ῥοδίνῳ δ', ὁποῖα μῆλον,
Χνοΐῳ ποίει παρειῇ.
Ἐρύθημα δ', ὡς ἂν, Αἰδῶς,
Δυώσαι βαλεῖν, ποίησον.
Τὸ δ' χεῖλος οὐκ ἔτ' οἶδα,
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσῃς.
Ἄπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς:
Τὸ δ' πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
Μετὰ δ' πρόσωπον ἔσω,
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον,
Ἐλεφάντινος τράχηλος.
Μέλαμάζιον δ' ποίει
Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ,
Πολυδακέος δ' μηρὸς,
Διονυσίῳ δ' νηδύν.

Ἄπαλῶν

V. 16, 17. Τὸ μὲν — τὸ δ'—] "En iterum hîc τὸ μὲν, τὸ δ', absolutè, non in regimine, ut ſuprà V. 4, 5. τὰς μὲν, τὰς δὲ. Articulus τὸ poſtulat ut δὶα ſubaudiatur." *Barn.*

V. 20, 21. Ἐρύθημα δ'— ποίησον.] "Eſt figura Hyperbaton; hujuſmodi enim eſt ordo, ποίησον ἐρύθημα αἰδῶς ὡς ἂν δύνασαι βαλεῖν." *Baxt.* Γρ. ὅσσον pro ὡς ἄν. Multò melius: ſi enim legitur ὡς ἄν, ponitur pro ὅσον, quod quidem interdum, ſed rariſſimè, fit. Vide *Barn.*

V. 25, 26. Τὸ δ πᾶν— Ἐχέτω—.] Nodum in ſcirpo hic quærit Barneſius; & poetam malè interpretatur. Plana res eſt. "Ad ſummam, vel ut uno verbo tibi

Umbrentur roſeæ dubiâ lanugine malæ;
Et tenerâ, qualem mitia poma gerunt.
At tabulæ ingenui quantum potes adde pudoris;
Perfundatque decens ora modeſta rubor.
Nunc dubito quales mihi det tua dextra figuras;
Ponere quo poſſis mollia labra modo.
Mollia ſint certè, & ſuadere potentia labra;
Ut pictos edat muta tabella ſonos.
Hæc infra, collum candore niteſcat eburno;
Quale ignis Cypridis pulcher Adonis habet.
Pollucis depinge femur, ventremque Lyæi,
Mercurii pectus, Mercuriique manus.

* * * * * * * * *
* * * * * * * * *

Invida

tibi dicam, habeat (ſe) pictura (tanquam) loquens &c.

V. 27. Μετὰ &c.] Ità Vatican. lectio, quàm potiùs amplector. Vulgò μέγα. Ait tamen Dacieria multum ineſſe pulchritudinis amplo vultui in pueris. Secundum autem lectionem Vatican. & noſtram, congruit ἔτω cum τρέχηλον, v. 29.

V. 28. Τὸ δ' Ἀδώνιδος &c.] Barneſius ſcribit, Τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν, atque ita explicat; vincens (τρέχηλον ſcilicet) τὸν Ἀδώνιδος (τρέχηλον.) Ac pro iſta ſignificatione vocis παρελθὼν Demoſthenis auctoritatem allegat. Malim legere cum aliis, ut hic legere eſt in textu, παρῆλθον, præterii (oblitus ſcilicet) id quod Adonidis eſt. Sed malim etiam legere τράχηλον, quàm τράχηλος, ſi μέγα legatur verſu penultimo; per appoſitionem ad τὸ δ' Ἀδώνιδος. Juxta noſtram verò lectionem, iſtud τὸ δ' Ἀδώνιδος &c. parentheſi includendum eſt. Atque ità δὲ valet γὰρ: quod nonnunquam facit.

XXX. Om-

Ἀπαλῶν δ' ὑπερθε μηρῶν,
Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
Ἀφελῆ ποιήσον αἰδῶ,
Παφίῃ θέλουσαν ἤδη.
Φθονερὴ ἔχεις ἢ τέχνην,
Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
Δύνασαι· τὰ δ' ἦ ἀμείνω.
Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
Λάβε μισθὸν ἆσον εἶπῆς,
Τὸν Ἀπόλλωνα ἢ τᾶτον
Καθελὼν, ποίει Βαθύλλον.
Ἦν δ' ἐς Σάμον πότ' ἔλθῃς,
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

XXX.

Εἰς Ἔρωτα.

Αἱ Μᾶσαι τὸν Ἔρωτα
Δήσασαι στεφάνοισι,
Τῷ Κάλλει παρέδωκαν.
Καὶ νιῶ ἡ Κυθέρεια
Ζητεῖ, λύτρα φέρουσα,
Λύσασθαι τὸν Ἔρωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι, μενεῖ ἦ.
Δυλεύειν δεδίδαχται.

XXXI. Εἰς

XXX.

Omnes hujus Odæ versus quasi hemystichia sunt carminis hexametri; atque ejusdem

Invida verò ars illa tua eſt, laudatque malignè ;
Nec potiora aliis ponere terga potes.
Quid memorare pedes opus eſt? pinge omnia membra ;
Et quantum pretii poſcis avarus, habe.
Eſt mihi ſervatus dudum formoſus Apollo ;
Hoc charum in puerum verte peritùs opus.
Si quando (ut fortuna ferat) te cura negotî
Impulerit claram, pictor, adire Samum ;
Mutetur tabula, in veterem revoluta figuram ;
Fiat & ex puero magnus Apollo meo.

XXX.

In Amorem.

INſidias ſtruxit Muſarum callida turba,
Et Paphio injecit florea vinc'la Deo ;
Captivumque dedit Formæ : Cythereaque multas,
Solveret ut natum, larga ferebat opes.
Ipſe autem renuit mercedem, & noluit ipſe
Cum matre ad ſuperas liber abire domos.
Aſſuetus dudum dominæ, jam deligit ultrò
Servitii dulcis molle ſubire jugum.

XXXI. *In*

ejuſdem generis ſunt plures aliis Odis interſperſæ.

XXXI. V. 1.

XXXI.

Εἰς Ἑαυτόν.

Ἄφες με, τοὺς θεοὺς, σοὶ,
Πιεῖν πιεῖν ἀμυστί·
Θέλω, θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνετ' Ἀλκμαίων τε
Χὠ λευκόπους Ὀρέστης,
Τὰς μητέρας κτανόντες.
Ἐγὼ δ' ἐρυθρὸν οἶνον,
Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον,
Θέλω, θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνεθ' Ἡρακλῆς πρὶν,
Δεινὴν κλονῶν φαρέτρην,
Καὶ τόξον Ἰφίτειον.
Ἐμαίνετο πρὶν Αἴας,
Μετ' ἀσπίδος κραδαίνων
Τὴν Ἕκτορος μάχαιραν·
Ἐγὼ

XXXI.

V. 1. "Ἄφες με, τοὺς θεούς, σοὶ &c.] "Quicquid Faber dicat; commodus erit sensus, si Stephani lectionem admittamus, τὸν θεὸν, emphaticè, nempe Bacchum. Nec incommodus; si τοὺς θεοὺς retineas, subaudito nempe ἐπόμνυμι, vel ut D. Heinsio placet, νὴ. Sine me *deos* (pro *per* deos) *omnes* &c. Σοὶ verò παρέλκει, vel etiam suo more adest, πιεῖν σοι ἀντὶ τοῦ προπιεῖν σοί. Et tum post θεοὺς comma sic λέον. Scaliger legit, Ἄφες με, πρὸς θεῶν, σοι. Æmyl. Portus, Ἄφες μὰ τοὺς θεούς, με." *Barn.*

V. 5.

XXXI.

In Seipſum.

MItte, Deos te oro, noli turbare bibentem;
Namque furam, ingenti (mitte) furore furam.
Alcmæon quondam, tragicuſque furebat Oreſtes;
Maternus poſtquam ſparſit utrumque cruor.
At non humano, verum uvæ, ſanguine plenus
Ipſe furam, ingenti (mitte) furore furam.
Alcides pharetram inſanus quatiebat, & arcum,
" Et dedit in ſtructum torrida membra rogum.
Scutum Ajax demens vibravit, & Hectoris enſem,
" Diraque in immeritas prælia geſſit oves.

Aſt

V. 5. Χῲ λευκόπες &c.] Al. Χ' ὁ. Omninò lego cum Barneſio Χῲ, pro χῷ ὁ, ut Theocrit. Idyl. I. 138. Χῲ μὲν τόσσ' εἰπὼν &c. " Omnes mirantur quare Oreſtes hoc in loco vocetur λευκόπες. Reſpondeo, quòd inſanus eſſet, & diſcalceatus vagaretur, quomodo Bacchæ apud Euripidem audiunt, eandem ob cauſam. Cyclop. v. 72. Βάκχαις σὺν λευκόποσιν. Nè dicam quòd in Tragicorum Poetarum ſcenis, albis cothurnis incederet, &c. *Barn.*

V. 12. Ἰφίτειον.] Iphitus Euryti filius arcu erat celebris, ſicut illius pater; quem Hercules occidit, arcumque ejus abſtulit. *Barn.*

XXXII. V. 3.

Ἐγὼ δ' ἔχων κύπελλον,
Καὶ ξέμμα τοῦτο χαίτας,
Οὐ τόξον, ὦ μάχαιραν,
Θέλω, θέλω μανῆναι.

XXXII.

Εἰς τὸς Ἔρωτας.

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
Ἐπίσασαι κατειπεῖν,
Εἰ ἠμαθῶδες εὑρεῖν
Τὸ τῆς ἁλὸς θαλάσσης,
Σὲ τῶν ἐμῶν Ἐρώτων
Μόνον ποιῶ λογισήν.
Πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν θές,
Καὶ πενταεκαίδεκ' ἄλλους.
Ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου,
Θὲς ὁρμαθὸς Ἐρώτων·
Ἀχαΐης γάρ ἐστιν,
Ὅπου καλαὶ γυναῖκες.
Τίθει δὴ Λεσβίους μοι,
Καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων.
Καὶ Καρίης, Ῥόδου τε

Διχιλίους

XXXII.

V. 3. Ἠμαθῶδες.] Nescio quem hiatum hic notat Barnesius. Non enim necesse est ut vocalis, nedum diphthongus,

Aſt ego pro gladio, ac arcu, ſæviſque ſagittis,
  Undantes cyathos, innocua arma, geram.
Pro galeâ, roſeo redimitus tempora ſerto,
  Ipſe furam, ingenti (mitte) furore furam.

XXXII.

In Amores ſuos.

SI poſſis quotquot vaſtum mare pulſat arenas,
  Aut nemorum virides enumerare comas;
Forte meas potis es cunctas evolvere flammas,
  Telaque queis toties me feriebat Amor.
Bis deni è pulchris ignes referantur Athenis;
  Queis ter quinque alios accumulare licet.
Mox & ponatur dominarum plurimus ordo,
  Quas tot formoſis clara Corinthus habet.
Bis mille accedant, quas præbet Ionica tellus,
  Quas Caria, ac Rhodos, & Lesbia terra tenent.

Quid

thongus, apud Græcos ſemper elidatur, ſequente vocali. Ut iſte quem fingit hiatus tollatur, legit ille κυματῶδες. Γρ. etiam κύματ' ἠϊόσας.

V. 12, 13. Ἀχαΐης &c. Ὄπῃ &c.] Ἀχαΐης γὰρ [πόλις] ἐσὶ [Κόρινθος:] Ὄπῃ καλαὶ &c. Ut Homerus, Ἀχαϊδα καλλιγύναικα. Iliad. γ. v. 75.

V. 16. Καὶ Καρίης &c.] Vatic. MS. Καὶ Καρίην, Ῥόδον τε. Eſt autem communis prima vocis Καρίης. Producitur ab Homero, à Theocrito corripitur.

Διχαλίας Ἔρωτας.
Τί φῄς; ἀεὶ κ' ἔρωτες;
Οὔπω Σύρας ἔλεξα,
Οὔπω πόθας Κανώβου,
Οὐ τῆς ἅπαν[τ]' ἐχθόνης
Κρήτης, ὅπου πόλεσιν
Ἔρως ἐποργιάζει.
Τί σοι θέλεις ἀριθμεῖν
Τὰς ἐκ[τ]ὸς αὖ Γαδείρων,
Τῶν Βακ[τ]ρίων τε, κ' Ἰνδῶν,
Ψυχῆς ἐμῆς Ἔρωτας;

XXXIII.

Εἰς Χελιδόνα.

Σὺ μὲν, φίλη χελιδὼν,
Ἐτησίη μολοῦσα,

Θέρ[ε]ι

V. 18. Κ' ἔρωτες;] "Cùm olim ἀεὶ κηρωθεὶς legeretur, Faber cum filiâ legunt τόσους ἔρωτας, non benè ſervatis priorum literarum veſtigiis. Baxter, ἀεὶ κηρῷ θές: Neſcius antepenultimam omnino corripi debere. Magnus Scaliger, ἀεὶ γ' ἔρωτες; & nos diu ante viſum Scaligerum in codice noſtro emendaveramus, ἀεὶ κ' ἔρωτες; propiùs certè ad literarum veſtigia accedentes. Ut ſit ſenſus; Quid ais? Semperne amores? i. e. amicæ? Cui Anacreon; Nondum tibi dixi &c. *Barn.*" Fatendum tamen, acutam eſſe Baxteri conjecturam, ἀεὶ κηρῷ θές. Ut ſit ſenſus; "Rogat, Anacreontis calculator, quaſi territus immani numero, τί φῄς; Reſpondet Poeta, *Semper in cerâ pone*, i. e. cereâ tuâ tabellâ. Quaſi dicat longe major numerus adhuc

Quid mihi tu narras? tot amores? num toties te
Percuſſit Paphii ſæva ſagitta Dei?
Præterii ex Syriâ veneres, mollique Canopo;
Et Cretâ, in gremio cuncta tenente ſuo;
Cretâ, quâ, centum magnas celebrata per urbes
Perpetuò inſtaurans orgia, regnat Amor.
Omnes quid memorem, ad toſtos à Gadibus Indos?
Quas vel habent multas ultima Bactra faces?

XXXIII.

In Hirundinem.

TU dilecta venis, æſtas dum fervet, hirundo;
Et rediens noſtros annua viſis agros.

Suſpendis

huc reſtat, imò propemodum infinitus." Quod ad metrum verò, ſæpe adnotavimus Anacreontem de illo non eſſe admodum ſolicitum.

V. 21. Ἅπαντ' ἐχέσης.] "Fabri filia non hæc intelligit. *Cretæque quæ omnia complectitur.* Et *Vaſſæus* in margine ſui codicis rogat *Quid ſibi vult Poeta?* Reſpondeo, Ubertatem regionis notat, omniumque rerum copiam inibi abundare demonſtrat &c. *Barn.*" Certè miror quid ſibi voluerint Dacieria & Vaſſæus: Hoc verſiculo nihil intellectu facilius.

Θέρει πλέκεις καλιὴν.
Χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντον,
Ἢ Νεῖλον ἢ ἐπὶ Μέμφιν.
Ἔρως δ' ἀεὶ πλέκει μοι
Ἐν καρδίῃ καλιήν.
Πόθος δ' ὁ μὲν πτερύσσεται,
Ὁ δ' ὠΐν ἐστιν ἀκμὴν,
Ὁ δ' ἡμίλεπτος ἤδη.
Βοὴ γίνετ' αἰεὶ
Κεχηνότων νεοττῶν.
Ἐρωτιδεῖς γὰ μικρὰς
Οἱ μείζονες τρέφουσιν.
Οἱ γὰ τραφέντες εὐθὺς
Πάλιν κύουσιν ἄλλους.
Τί μῆχος ἔν γένηται;
Οὐ γὰρ θένω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκβοῆσαι.

XXXIV.

Εἰς Κόρην.

Μή με φύγῃς, ὁρῶσα
Τὴν πολιὰν ἔθειραν.

Μηδ'

XXXIII.

V. 8. Πόθος.] i. e. ἔρως.

V. 17. Τί μῆλος &c.] *Quodnam* remedium *erit?* Non, ut Dacieria, Quis *finis* erit? Multo minùs, ut Baxterus, Quid *de me fiet?*

V. 19. Ἐκβοῆσαι.] "Scaliger

Suſpendis gravidos pullis in parjete nidos,
Et teneras paſcis provida mater aves.
Aſt, anno inverſo, cum fortior ingruit aura,
Corpus & exiguum frigida mordet hyems;
Ad Memphin rurſum properas, Nilique fluenta,
Et tepidis gaudes tuta latere plagis.
Aſt Amor æternum ſtruit in mihi pectore nidum;
Et renovat ſobolem, perpetuumque genus.
Dimidius tantùm rupto hic excluditur ovo,
Et tenui graciles edit ab ore ſonos.
Hic latet imperfectus adhuc; ſtrepit alter in alis;
Dureſcenſque tegit jam ferè penna latus.
E rauco ſtrident inhiantes gutture fœtus,
Multus & in noſtro pectore garrit amor.
Majores teneræ ſemper dant pabula proli,
Quæ generat prolem grandior ipſa novam.
Eheu! quid faciam? tot ſum fœcundus amorum,
Ut nequeat tantum lingua ſonare gregem.

XXXIV.

Ad Puellam.

NE fuge me, quamvis, obliquo ut cernis ocello,
Albeat in noſtro vertice rara coma:

Ne

liger ἐκποῆσαι, parum feliciter. Salmaſius ἐκπιῆσαι, voce nullâ. Fruſtra etiam Faber ſubdubitare videtur, hoc verbum eſſe Anacreonticum. Ἐκεοῶν apud Herodotum, & Thucydiden reperitur; βεᾶν apud Homerum. *Barn.*

Μηδ' ὅτι σοι πάρεστιν
Ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας,
Τἀμὰ φίλτρα διώξῃς.
Ὥρα κἀν στεφάνοισι,
Ὅπως πρέπει τὰ λύκα
Ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

XXXV.

Εἰς Εὐρώπην.

Ὁ ταῦρος ἦτος, ὦ πάϊ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.
Φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
Σιδωνίην γυναῖκα.
Περᾷ ὑπὸ πόντον εὐρὺν,
Τέμνει δὲ κῦμα χηλαῖς·
Οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος
Ἐξ ἀγέλης ἐλαθεὶς
Ἔπλευσε τὴν θάλασσαν,
Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.

XXXVI. Εἰς

XXXIV.

V. 4. Ὥρας.] Vel Veris, vel Juventutis, vel Pulchritudinis. Hæc enim omnia vox significat; præter id quod magis propriè significat, Tempus scilicet, & Horam. Γρ. ἥβης.

V. 5. Φίλτρα] Amoris illecebras; ut blanditias, dona &c. pro ipso amore.

Ibid. Διώξῃς.] i. e. Non respuas tantùm, sed cum indig-

Ne me pelle, tibi vernis licet æmulus hortis
Perfundat florens ora venuſta rubor.
Aſpice quàm deceant, capiti dum ſerta parantur,
Candida purpureis lilia miſta roſis.

XXXV.

In Europam.

HUnc, puer, egregium qui findit cœrula, taurum
(Nec vana illa fides) ſuſpicor eſſe Jovem.
Sidoniæ nam lato hæret quæ frigida dorſo
Virginis illæſum per mare portat onus.
Ingentem pedibus molem per Tethyos undas
Remigat, & crebro verberat ungue fretum.
Haud certè, hunc unum præter, ſua paſcua linquens,
Scinderet æquoreas vir gregis alter aquas.

XXXVI. *Re-*

indignatione repellas, dona; & infenſo animo perſequaris datorem.

XXXV.

V. 2. Ζεύς — τις &c.] Redundat vox τίς, & quâ de causâ inſerta fuerit, fateor me neſcire.

V. 8. Ἐλαυθείς.] Vertit Baxterus *aufugiens*; & ἐλαύνεσθαι, ait, propriè dicitur de pecoribus, quæ à paſcuis vagantur, vel quovis modo ab armentis amoventur.

XXXVI. V. 2.

XXXVI.

Εἰς τὸ ἀνειμένως ζῆν.

Τί με τὰς νόμους διδάσκεις,
Καὶ ῥητόρων ἀνάγκας;
Τί δέ μοι λόγων τοσούτων,
Τῶν μηδὲν ὠφελούντων;
Μᾶλλον δίδασκε πίνειν
Ἀπαλὸν ποτὸν Λυαίου·
Μᾶλλον δίδασκε παίζειν
Μετὰ χρυσῆς Ἀφροδίτης.
Πολιαὶ κάραν σέφουσι·
Δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ·
Τλὼ ψυχλύ με κάρωσον.
Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις.
Ὁ θανὼν δὲ οὐκ ἐπιθυμεῖ.

XXXVII. Εἰς

XXXVI.

V. 2. Ἀνάγκας.] Argumenta.

V. 3. Τί δέ μοι λόγων τοσούτων;] Supple ἐστὶ, & ἐσὶ. Quid mihi (est ex) tot logis?

V. 6. Ποτὸν.] Sic lego cum Scaligero; non πῶμα cum Barnesio, nec πόμα cum aliis.

V. 8. Μετὰ χρυσῆς &c.] Ità vulgò. Scaliger, Χρυσῆς μετ' &c. Barnesius, Μετὰ χρυσέης &c. Certè optima lectio esset, Χρυσέης μετ' Ἀφροδίτης.

V. 10. Πολιαὶ κάραν &c.] Barnesianam lectionem hic eligo.

XXXVI.

Remiſsè vivendum.

NOdoſas leges, juriſque ænigmata nolo
Diſcere, nec rauci jurgia docta fori.
Quid prodeſt magno cauſas torquere furore,
Et tenſum ingenti rumpere voce jecur?
Contingat potius Bacchi perdiſcere leges;
Me blandæ Veneris dulcia jura doce.
Funduntur nivei jam tandem in vertice crines,
Longævumque caput cana coronat hyems.
Da puer, ergo mihi calices & vina; feratur
Quæ regat æſtivum frigida lympha merum.
Des animo ſomnos; animus quoque dormiat unà,
Dum vinoſus habet membra peruncta ſopor.
Me demùm in gelidâ velabis morte jacentem;
Extremuſque meum corpus inunget odor.
Protendes tunc nulla, laborans, vina rigenti;
At dabitur requies dein mihi, deinde tibi.

XXXVII. *In*

eligo. Al. Πολιαὶ σίφωσι κάραν. Scalig. Πολιαὶ κάρα σίφωσι. Dacieria hoc modo;

Πολιὰν κάραν σίφοντι
Δὸς ὕδωρ —

ſenſu ſanè multò meliori. Sed deeſt auctoritas codicum.

V. 12. Βραχὺ — κάλυπτεις.] Βοαχὺ *brevi*. μὴ ζῶντα, mortuum. Legunt quidam μὲ. Sed refragatur communis ratio. Dormit planè

XXXVII.

Εἰς τὸ Ἔαρ.

Ἴδε ὡς ἔαρ φανέν,
Χάριτες ῥόδα βρύουσι.
Ἴδε ὡς κῦμα θαλάσσης
Ἀπαλύνεται γαλήνῃ.
Ἴδε ὡς νῆσα κολυμβᾷ·
Ἴδε ὡς γέρανος ὁδεύει·
Ἀφελῶς δ' ἔλαμψε Τιτάν·
Νεφελῶν σκιαὶ δονοῦνται·
Τὰ βροτῶν δ' ἔλαμψεν ἔργα.
Καρποῖσι γαῖα τρυφᾷ·
Καρπὸς ἐλαίας τρυφᾷ·
Βρομίῳ σέφεται τὸ νᾶμα·
Κατὰ φύλλον, κατὰ κλῶνα,
Καθελὼν ἤνθησε καρπός.

XXXVIII. Εἰς

planè Dacieria ad hunc locum ; legens μὲ, & ζῶντα reddens *mortuum* Ad verbum καλύπτεις, ſcite (ait Baxterus) ponitur præſens pro futuro, & habet ἦθος. Quid intelligat per iſtas phraſes, habere ἦθος, & σὺν ἤθει, quas in notulis ſuis ad Anacreontem decies repetit, fateor me neſcire. Sanè hic loci pænè ſolæcum eſt præſens pro futuro ; ſit licet interdum perquam elegans. Omninò legendum καλύψεις.

XXXVII.

V. 2. Ῥόδα βρύουσι.] Βρύειν activè (ut hic) emittere, vel fundere ; neutraliter (ut ſæpe) ſcatere, cum Dativo. Forſan

XXXVII.

In Ver.

ASpicis ut, multo cùm Ver aperitur odore,
Exerit & pulchrum Flora benigna caput;
Luxuriet latè Charitum per amœna locorum
Profundens teneras turba jocoſa roſas?
Aſpicis, ut lenis tranquillet cœrula Nereus,
Et placidas plano marmore ſternat aquas?
Aſpicis, ut torrente in puro lævia colla
Erigat, & nitidus flumina tranet anas?
Grus ut iter faciat! tenebroſa ut nubila lætus
Sol fuget, & clarum ſpargat ab ore diem?
Cuncta nitent; rident hominumque boumque labores;
Et terra innumeras prodiga fundit opes.
Baccarum ſeries in palmite ſplendet olivæ;
Exornatque rubrum verna corolla merum.
Quæque decus foliorum arbor, frugeſque virentes
Nunc gerit; & vario flore ſuperbit ager.

XXXVIII. *In*

Forſan hic etiam legendum ῥόδοις.

V. 6. Γέρανος ὁδεύει.] Falli videntur Dacieria & Barneſius ad hunc locum; exiſtimantes, grues verno tempore è Græciâ migrare. Redeunt certè ciconiæ in Italiam; teſte Virgilio,

——— *vere rubenti*
Candida venit avis, longis inviſa colubris.
Geor. II. 320.

Ait

XXXVIII.

Εἰς Ἑαυτόν.

Ἐγὼ γέρων μέν εἰμι,
Νέων πλέον ἢ πίνω.
Κἂν δεήσῃ με χορδεύειν,
Σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν.
Νάρθηξ γὰρ ὁδέν ἐστιν.
Ὁ μὲν θέλων μάχεσθω,
Παρέσω, κ᾽ μαχέσθω.

Ἐμοὶ

Ait autem *Plinius* l. x. 23. (citante Ruæo ad istum Virgilii locum) *Ciconiæ quonam è loco veniant, aut quò se referant, incompertum adhuc est. E longinquo venire non dubium; eodem quo grues modo.* Atqui non longè distare quasdam Græciæ partes à quibusdam Italiæ, quis nescit? Verbum autem ὁδεύειν vel adventum, vel abitum indifferenter notare potest: Et hic loci videtur notare non tantùm reditum, vel migrationem; sed volandi modum, istis avibus peculiarem.

V. 9. Ἀφελῶς ἔλαμψε &c.] Ἀφελῶς, *apertè*. Quod ad ἔλαμψε, vidē Not. ad Od. III. 13.

V. 10, 11. Καρποῖσι γαῖα —Καρπὸς ἐλαίας προκύπτει.] Idem fere dici potest de hoc verbo προκύπτειν quod suprà de βρύειν ad V. 2. *Terra erumpit fructibus; Fructus olivæ germinat.* Gr. καρποῖσι γῆ. Al. καρποῖς γαῖα.

V. 12. Βρομίῳ σέφεται τὸ νᾶμα.] Per Bacchi liquorem hic intelligunt Dacierius, & Barnesius, laticem, sive liquorem palmite vitis inclusum. Per στέφεται, foliis tegitur & ornatur. Hoc autem quid durius, quid intolerabilius? Quis enim Bacchi liquor in vitibus,

verno

XXXVIII.

In Seipſum.

JAM me effœta quidem tenet imbelliſque ſenectus,
Nec firmat ſolitus languida membra vigor.
At cyathis juvenes vinco ; ſaltare paratus,
Utrem, non Bacchi frondea ſceptra, gero.

Nil


Hymnus in Apollinem.

ITerum ego barbiton ciebo: ——
(Certamen quidem non proponitur,
Exercitatio tamen præſto-eſt cuivis
Poeticæ ſortito florem.)
Eburneoque plectro
Argutum carmen ſtrepens,
Phrygio modulo vocem-tollam;
Velut quidam Cygnus Cayſtri,
Candidis alis modulans
Vento ſimul-ſonantem vocem.
Tu vero, Muſa, unà tripudiato:
Res etenim Phœbo ſacra eſt
Cithara, Laurus, & Tripus.
Eloquor itaque amorem Phœbi,
Supervacuum furorem;
Caſta etenim eſt Puella:
Stimulum quidem *illum* evaſit,

Naturæ

Φύσεως δ' ἄμειψε μορφὴν,
Φυτὸν ἐυθαλὲς δ' ἐπήχει.
Ὁ δ' ἦν φοῖβος, ἦν φοῖβος,
Κρατέειν κόρην νομίζων·
Χλοερὸν δρέπων δ' ἦν φύλλον
Ἐδόκει τελεῖν Κυθήρην.
Ἄγε, θυμὲ, τῇ μέμηνας,
Μανίην μανεὶς ἀρέσσῃ;
Τὸ βέλος φέρε κρατύνων,
Σκοπὸν ὡς βαλὼν ἀπέλθῃς·
Τὸ δὲ τόξον Ἀφροδίτης
Ἄφες, ᾧ θεὸς ἐνίκα.
Τὸν Ἀνακρέοντα μισῶ,
Τὸν ἀοίδιμον μελισσήν·
Φιάλην τρόπιν παισὶ,
Φιάλην λόγων ἐραννὴν,
Ἵνα Νέκταρος ποτοῖο
Παραμύθιον λαβόντες,
Φλογερὸν φυγόντες ἄστρον,
[Νοερὸν πίωσιν οἶνον.]

IX. Εἰς

Naturæque mutavit formam,
Et Planta *facta* ſemper-virens reſonabat.
At Phœbus, ibat quidem Phœbus,
Potiturum-*ſe* Puellam putans;
Viride vero carpens folium
Putavit ſe exercere Venerem.
Age, Anime, quorſum inſanis,
Inſaniam inſaniens optimam?
Jaculum profer vi-adhibitâ,
Ut, ſcopo percuſſo, abeas:
Arcum autem Veneris
Omitte, quo Deos vicit.
Anacreontem imitare,
Famoſum illum Poetam:
Phialam præbibe Pueris,
Phialam Carminum amabilem,
Ut ità Nectaris poculenti
Solamen ſumentes,
Igneum vitantes ſydus,
Intellectuale bibant Vinum.

IX.

Εἰς χρυσὸν.

Ὁ δραπέτης ὁ Χρυσός
Ὅταν φύγῃ με κραιπνοῖς,
Διηνέμοις τε, ταρσοῖς,
(Ἀεὶ δ', ἀεί με φεύγει·)
Οὔ μιν διώκω· τίς γὰρ
Μισθὸν θέλει τι θηρᾶν;
Ἐγὼ δ' ἄφαρ λιαθεὶς
Τῷ δραπέταο Χρυσῷ,
Ἐμῶν φρενῶν μὲν ἄυρας
Φέρειν ἔδωκα λύπας·
Λύρῃ δ' ἑλὼν ἀείδω
Ἐρωτικὰς ἀοιδάς.
Πάλιν δ' ὅταν με θυμὸς
Ὑπερφρονεῖν διδάξῃ,
Προσεῖφ' ὁ δραπέτης με,
Φέρων μέθῃ ἄφρονα,
Ἑλών μιν ὡς μεθήμων
Λύρης γλύκιμι δηρόν.
Ἄπις, ἄπιτε Χρυσὲ,
Ἐς τ' ἂν δόλοις με θέλγῃς;
Πλέον τὰ νεῦρα χρυσῷ,
Πόθος πλέον τ' ἀείδειν.
Σὺ γὰρ δόλῳ φθόνῳ τε

Ἔρωτ'

IX.

In Aurum.

FUgitivum Aurum
Quùm fugit me pernicibus,
Ventóſque-æquantibus, Plantis,
(Semper autem, ſemper me fugit)
Non illud utique perſequor: Quis enim
Inimicum vult aliquid venari?
Aſt ego ſtatim ſummotus
A fugitivo illo Auro,
Meæ Mentis ſanè ventis
Portare trado curas;
Lyrámque ſumens cano
Amatorias cantiones.
E contrà quandò ità me Animus
Contemnere *opes* docuerit,
Compellabat Fugitivum illud me,
Adducens Temulentiam curis-vacuam;
Ut accepto Illo, remiſſus
Ergà Lyram fiam diù.
O infidum Aurum,
Quoúſque me dolis permulceas?
Plus fidiculæ *valent* Auro;
Et plus, Amores canere.
Tu etenim dolo, invidiáque

Amorem

Ἔρωτ' ἔθης ἄφαντον,
Λύρῃ τὲ χρυσόπαστον·
Φιλημάτων ἢ κεδνῶν,
Πόθων, κύπελλα κίρνης·
Ὅταν θέλῃς ἢ, φεύγεις·
Ξένοισι δ' ἄγχι Μυσῶν
Δολίοις, ἄπις, ἀρέσκεις·
Ἐμοὶ ἢ τῷ λυρφδῷ
Μέσας ποιεῖς ἀποίκους.
Λύρης δ' ἐμῆς ἀοιδὴν
Οὐκ ἂν λίποιμι τυτθόν.
[Σὺ, Χρυσὲ, γᾶν ἄπελθε]
Ἀχανδέας δ' ἐρίνοις,
Αἴγλῃ τὲ λαμπυρίζοις.

X.

Εἰς τὸ Ἔαρ.

Τί κάλλιόν ἐστι βαδίζειν,
Ὅπου λειμῶνες κομῶσιν,
Ὅπου λεπτῇ ἡδυτάτῳ
Ἀναπνεῖ Ζέφυρος αὔρῃ;
Κλῆμα τὸ Βάκχειον ἰδεῖν,
Χ' ὑπὸ τὰ πέταλα δῦναι,
Ἁπαλῇ παῖδα κατέχειν,
Κύπριν ὅλῃ πνέουσαν;
[Οὐ τόδε τοὶ καλόν ἐστιν;]

Amorem reddidiſti evanidum,
Lyrámque auro-conſperſam :
Oſculorumque ſanctorum,
Amorum *nempè*, pocula polluis & conturbas :
Et quandò vis, fugis ;
Hoſpitibúſque juxta Myſos
Doloſis, ô infidum, places :
At mihi Lyrico illi Poetæ
Muſas facis extorres.
Lyræ tamen meæ cantionem
Neutiquam relinquam tantillum.
[Tu, Aurum, igitur hinc faceſſas,]
Eoſque, qui nihil omninò habent, excites *donis tuis*,
Et ſplendorem tuum fulgurantem oſtendas.

X.

In Ver.

QUID pulchrius eſt, quàm ambulare,
Ubi Prata luxuriant.
Ubi tenuem ſuaviſſimam
Reſpirat Zephyrus auram ?
Quàm palmitem Bacchicum tueri,
Et ſub foliis latere,
Mollem Puellam habere
Venerem totam ſpirantem ?
Nonne hoc pulchrum eſt ?

Ἀποσπασμάτια, καὶ ποιημάτια τινὰ ἄσημα.

I.

Ὦ παῖ, παρθένιον βλέπων,
Διζημαί σε. σὺ δ' οὐκ ἄκουες,
Οὐκ εἰδὼς, ὅτι τ' ἐμῆς
Ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

II.

Ἐγὼ δ' ὅτ' ἂν Ἀμαλθείης
Βελοίμιν κέρας, ὅτ' ἔτεα
Πεντήκοντά τε κἠκατὸν,
[Ἀργανθώνιος ὡς ἄναξ,]
Ταρτησσὸν βασιλεύσαι.

III.

Ἀπὸ μοι θανεῖν γένοιτο.
Οὐ γὰρ ἂν ἄλλη
Λύσις ὀκ πόνων γένοιτο,
Οὐδαμὰ, τῶνδε.

IV.

Fragmenta quædam, & Poematia, titulis carentia.

I.

O Puer, virgineum quid tuens,
Quæro te; tu verò minimè audis,
Nescius, quòd meæ
Animæ geras-imperium

II.

EGO verò neque Amalthéæ
Velim cornu; neque annis
Quinquagintáque & centum,
Arganthonius ut Rex *ille*,
Tarteſſo regnare.

III.

MOri mihi contingat;
Non enim alia
Liberatio ex ærumnis fuerit,
Ullo pacto, iſtis.

IV.

Μὲις μὲν δὴ Ποσιδηιῶν
Ἔξηκεν· νεφέλαι δ' ὕδει
Βαρύνουσι, καὶ ἄγριοι
Χειμῶνες παταγοῦσι.

V.

Μή δ', ὥσε κῦμα τόνδιον,
Λάλαζε, τῇ πολυκρότῳ
Σὺν Γαδειρίδι, καπχύδλῳ
Πίνουσα τλῶ ἐπίσιον.

VI.

Φίλη γὰρ εἶ ξένοις· ἔασον δέ
Με διψῶντα πίνειν.

VII.

Ἐγὼ δ' ἔχων σκύπφον, Ἐρξίωνι
Τῷ λευκολόφῳ μεσὶν ἐξέπινον.

VIII.

Καλλίκομοι κοῦραι Διὸς
Ὠρχήσανθ' ἁλαφρῶς.

IX.

IV.

MEnſis ſanè Neptunius
Inſtat; nubéſque aquâ
Gravantur, horrendæque
Hyemes crepitant.

V.

NEC, ut fluctus marinus
Fremas, clamoſâ illâ
Cum Gaſtrodorâ, affatim
Bibens poculum Veſtæ-ſacrum

VI.

Liberalis enim es hoſpitibus; ſinas tamen
Me ſitientem bibere.

VII.

Egóque tenens poculum Herxioni
Candidè-criſtato plenum ebibi.

VIII.

Pulchricomæ filiæ Jovis
Saltabant levitér.

IX.

Στεφάνης δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστον εἶχε,
Ῥοδίνης τὴς μὲν, τὴ δ' Ναυκρατίτιδος.

X.

Μεγιστῆς δ' ὁ φιλόφρων,
Δέκα δὴ μῆνες, ἐπειδὴ
Στεφανῶται τῇ τε λύγῳ,
Καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.

XI.

— καί μ' ἐπίβωτον
Κατὰ γείτονας ποιήσεις.

XII.

Τί * μιλῶ πέτεαι, συρίγγων
Κοιλότερα σήθεα
Χελαδίμῳ μύρῳ;

* Gr. μή.

XIII.

Ἤλπισα μὲν ἰτέης
Λέπτῃ, μικρὸν ἀποκλάς,
Οἶνον δ' ἐξέπιον πάλαι.

Νῦν

IX.

Coronas verò Vir quiſque tres habuit,
Roſeas quidem duas, alteram Naucratidem.

X.

MEgiſtéſque, Candidus ille,
Decem jam Menſes, ex quo
Coronatur, Amerinâ quoque ſalice,
Et fœcem bibit dulcem.

XI.

—— & me famoſum
Apud vicinos facies.

XII.

Quid utique ſubſultas, tubulis.
Magis-cava pectora
Inungens unguento?

XIII.

Pranſus ſum ex *Placenta* Itriâ
Tenui, portiunculam diſtringens;
Viniquę ebibi poculum.

Nunc

Νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν
Ψάλλω πηκτίδα, τῇ φίλῃ
Κωμάζων παιδί γ' ἁβρῇ.

XIV.

Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων
Στεφανίσκους θέμενοι, νῦν
Θάλειαν ἑορτὴν
Ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

XV.

Πλεκτὰς δ' ἱππομυιάδας
Περὶ σήθεσι λωτίνας ἔθεντο.

XVI.

Ὠινοχόει δ' ἀμφίπολος μελιχρὸν οἶνον,
Τερπνύαθον τὴν κελέβην ἔχουσα χερσίν.

XVII.

Ψάλλω δ' εἴκοσι πάσαις
Χορδαῖσιν Μαγάδιν ἔχων.
Ὦ Λεύκασπι, σὺ δ' ἡδᾷς.

XVIII.

Nunc autem mollitèr' amabilem
Tango citharam, chariſſimæ
Proludens puellæ *iſti* mollicellæ.

XIV.

SUperciliis Apii
Coronas imponentes, nunc
Lætum Feſtum
Ducamus Baccho.

XV.

Plicatiles Hypothymadas
Circa pectora lotinas poſuerunt.

XVI.

Vinum-miniſtrabant ancilla, mellitum utique vinum,
Tres cyathos continentem celeben habens manibus.

XVII.

Canto viginti totis
Chordis, Magadin habens,
O Leucaſpi ; tu autem Juvenum-more-inſoleſcis.

XVIII.

Ἀγανῶς οἷά τε νεβρὸν
Νεοθηλέα, γαλαθηνὸν,
Ὃς ἐν ὕλῃ κεροέσσης
Ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς,
Ἐπλοήθη. ———

XIX.

Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον,
Περύγεσσι κόφαις,
Διὰ τὸν ἔρωτα ———
Οὐ γὰρ ἐμοὶ θέλει σωηβᾶν.

XX.

Ἐκ ποταμοῦ πανέρχομαι,
Πάλλα φέρουσα λαμπρά.

XXI.

Μεγάλῳ δ' εὐτέ μ' Ἔρως
Ἔκοψεν, ὥστε χαλκεὺς,
Πελέκει, χειμερίῃ δ'
Ἔλουσεν ἐν χαράδρῃ.

XVIII.

LEniter, ut hinnulum
Tenellum, lactentem,
Qui in ſylva cornuta
Derelictus à matre
Pavitat : ———

XIX.

ELevor uſque ad cœlum
Alis levibus
Ob amorem ———
Nec enim mecum vult pueriliter-ludere.

XX.

E fluvio iterum aſcendo.
Omnia ferens ſplendida.

XXI.

MAgnâ quando me Amor
Sauciavit, veluti Faber Ferrarius,
Securi ; Hyemalique
Immerſit in voragine.

XXII.

Ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει
Ὁ ποικιλόφρων Ἀρτέμων.
Πρὶν μὲν ἔχων βερβέρια,
Καλύμματ' ἐσφηκωμένα,
Καὶ ξυλίνας ἀσαγάλας
Ἐν ποσὶ, καὶ ψιλὸν
Περὶ πλευρῇσι βοὸς
Νεόπλυτον εἵλημα
Κακῆς ἀπίδος·
Ἀρτοπώλησι κηθελοπέρνοισιν ὁμιλέων
Ὁ παμπόνηρος Ἀρτέμων
Κίβδηλον εὕρισκεν βίον,
Πολλὰ μὲν ἐν δορὶ τιθεὶς
Αὐχένα, πολλὰ δ' ἐνὶ τροχῷ,
Πολλὰ δ' ἐν νώτῳ σκυτίνας
Μάστιγι δαμιχθεὶς, πόλιν
Πώγωνά τ' ἀπεπλήσθη.
Νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων,
Χρύσεια φορέων καθίσματα
Παὶς Κύκης,
Καὶ σκιαδίσκῳ ἐλεφαντίνῳ
Φορεῖ γυναιξὶν αὔτως.

XXII.

AT flavæ Eurypylæ cordi eſt
Circumforaneus Artemon.
Is quidem olim habens Berbeeria,
Veſtes colligatas,
Et ligneas carbatinas
In pedibus, & exile
Circa latera bovis
Nuper-ablutum *corium*, velamen.
Carioſi Clypei:
Cum Piſtoribus & voluntariis Proſtibulis verſatus,
Laborioſus ille Artemon,
Miſeram reperit vitam;
Sæpe quidem in Colliſtrigio ponens
Collum, ſæpeque in Rota,
Sæpe tergo coriaceo
Loro cæſus, comam,
Barbamque avulſus.
Nunc vero aſcendit Currus,
Aureas geſtans inaures,
Filius Cycæ;
Umbellamque eburneam
Geſtat, Muliercularum inſtar.

XXIII.

Φύγωμεν ἐκ προσώπου.
Μὴ σ', ἐμπεσὼν ὁ πρέσβυς,
Οὐλῇ, καὶ εὐθὺ τύψας,
Βακτηρίᾳ καλύψῃ.

XXIV.

Ὦναξ, πανδαμάτωρ Ἔρως,
Ὦ Νύμφαι κυανώπιδες,
Πορφυρέη τ' Ἀφροδίτη,
Χρυσῷ δὴ εἰκασμένη,
Συμπαίζουσιν ἐπισρέφεαι
Δ' ὑψηλῶν κορυφὰς ὀρέων·
Γανύμαί σε· σὺ δ' εὐμενὴς
Ἔλθ' ἡμῖν· κεχαρισμένης δ'
Εὐχωλῆς ἐπάκουσον.
Κλούβουλῳ δ' ἀγαθὸς γένου
Σύμβουλος· τὸν ἐμὸν δ' ἔρον
Οἶδ' εὖ νῦν σε δέχεσθαι.

XXV.

Δοκέει κλύειν γὰρ ἥδε,
Λαλέουσι τὶς εἰ θελήσοι.

XXIII.

FUgiamus ab *illius* aſpectu;
Nè te, irruens ſenex
Gravi, rectà pulſans,
Bacillo operiat.

XXIV.

O REX, cuncta-domans Amor,
Quocum Nymphæ cæruleis-palpebris,
Purpureaque Venus,
Auro utique aſſimulata,
Colludunt; obnixe autem colis
Sublimium cacumina Montium:
Obteſtor te: Tu vero propitius
Venias nobis; acceptaque
Vota inaudias.
Cleobulo item bonus eſto
Conſultor: meum etenim Amorem
Scio bene te nunc approbare.

XXV.

Videturque audire hæc *Imago*,
Loqui modo quis velit.

XXVI.

Ἐρῶ τε δῆτα, κοὐκ ἐρῶ·
Καὶ μαίνομαι, κοὐ μαίνομαι.

XXVII.

Ἔρραισέ γέ τοι σωηβᾶν·
Χαρίεν γὰρ ἔχεις ἦθος.

XXVIII.

Ἐμὲ γὰρ λόγων ἕκητι
Οἱ παῖδες ἀν Φιλοῖεν·
Χαρίεντα γὰρ δίδωμι,
Χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι.

XXIX.

Καλόν ἐστι πῖς ἐρῶσι
Τὰ δίκαια [συμπαραινεῖν.]

XXX.

Ὡς μὴ πρὸς τὸν Ἔρωτα
[Ἄκραντα] πυκταλεύω.

XXXI.

XXVI.

Amoque nempe, & non amo;
Et insanio & non insanio.

XXVII.

Volo tecum juveniliter-colludere:
Amabili enim præditus es indole.

XXVIII.

Me etenim Sermonum gratia
Juvenes utique amaverint:
Elegantia etenim & venusta profero;
Elegantia etiam novi dicere.

XXIX.

Pulchrum est amantibus
Quæ justa sunt *invicem-retribuere*.

XXX.

Ut ne adversus Amorem
Temere contendam obstinatius.

XXXI.

Μισέω δ' ἔγωγε πάντας.
Οἱ χθονίους ἔχουσι ῥυθμοὺς
Καὶ χαλεπῶς μεμαθήκασ',
Ὡς [Ἀφέλεια] μεγίστη
Τῶν ἁβακιζομένων.

XXXII.

Φέρ' αἶρέ με πορφυρέη
Ἐνιβάλλων, χρυσοκόμης
Ἔρως, ἐν νεφέλῃ,
Ποικίλῃσι λαμβάνων πτερύγεσσι·
[Σὰ γὰρ φίλτρ' ἐμὸν ἦτορ]
Συμπαίζειν προκαλεῖται·
Ἦδ', ἔσιν γὰρ ἀπ' εὐκλίτου
Λέσβου, τοὶ μὲν ἐμοὶ κόμοι,
Λύκη γὰρ, παλαμέρφεται·
Πρὸς δ' ἄλλον τινὰ χάσκει.

XXXIII.

Νῦν δ' ἀπὸ μὲν πόλεως
Στέφανον ὄλωλεν.

XXXI.

ODI vero ego omnes,
Qui ſordida ſunt indole,
Et vix agnoſcunt;
Quod *Simplicitas* ſit maxima
Rerum placidarum.

XXXII.

AGE, tolle me purpurea
Involvens, auricome
Amor, in Nube,
Diverſicoloribus ſuſcipiens alis.
Tuæ etenim illecebræ meum pectus
Ad laſciviendum provocant:
Aſt illa (eſt enim ab amœnâ
Lesbo) meam quidem comam,
(Cana enim illa) vituperat:
Ergà autem alium aliquem oſcitat.

XXXIII.

Nunc quidem ab Urbe
Corona cecidit.

XXXIV.

——— ἀσήμων
Ὑπὲρ ἐρμάδων φορεῦμαι.

XXXV.

Τράπεζαί τε κατηρεφέες
Παντοίων ἀγαθῶν.

XXXVI.

Σικελικὸν κότταβον
Ἀγκύλῃ δαΐζων.

XXXVII.

Σικελὸς κομψὸς ἀνὴρ
Προτὶ τὸν ματέρ' ἔφη.

XXXVIII.

Ἀπείρας δ' ἀπαλῆς
Κόμης ἄμωμον ἄνθος.

XXXIX.

Κνίζη τὶς ἤδη κἠπέρα γίνομαι,
Σὺν Διὶ μαργοσύνῃ.

XXXIV.

—— latentibus
Super ſcopulis feror.

XXXV.

Menſæque onuſtæ
Omnimodis bonis-ferculis.

XXXVI.

Siculum Cottabum
Inflexo-cubitu emittens.

XXXVII.

Siculus argutus vir
Ad Matrem dixit.

XXXVIII.

Detondiſti mollicellæ
Comæ inculpatum floſculum.

XXXIX.

Urtica quædam jam & matura fio,
Propter tuam inſaniam

XL.

Μελαμφύλλῳ δάφνῃ,
Χλωρᾷ τ' ἐλαίᾳ ταναλίζει.

XLI.

Μυθηταὶ δ' ἐνὶ νήσῳ
Μεγίστῃ διέπτασιν
Ἱερὴν ἄχυ [Σάμοιο.]

XLII.

Παρὰ δ' ἧυτε πυθόμην σὲ,
Κατέδων ἔρωτα φεύγων.

XLIII.

Ἀρθεὶς δ' ἧυτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης
Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ, μεθύων ἔρωτι.

XLIV.

Τῇ χρυσοπέπλῳ, Μοῦσα,
Χρύσεον ὕμνον ἄειδε κούρῃ.

XLV.

XL.

Nigris-foliis-pullulante Lauro,
Viridique Olivâ decutit.

XLI.

Seditioſique in inſulâ
Maximâ adminiſtrant
Sacram Civitatem Sami.

XLII.

Quando autem audieram te,
Submiſi me amorem vitans.

XLIII.

Quandò ſublevatus à Lucade Petrâ
In canum fluctum urinor, ebrius Amore.

XLIV.

Auro-veſtitæ, ô Muſa,
Aureum hymnum canas Puellæ.

XLV.

——————— ἀλλ' ἰαίνῃ
Τἄμ' Ἔρως ὁ γαργαλίζων
Σπλάγχνα, δᾳδ' ἔχων γαλήνλω.

XLVI.

Ἐκδῦσα [τὸν ποδήρη]
Χιτῶνα, δαρδάζει.

XLVII.

Χέε μοι Νέκταρ ἄνυδρον,
Μελικόν.———

XLVIII.

Τίς ἐρασμίη σ', ὦ θέρμιν,
Μανίη θυμὸν εἰσέβη,
Τερένων ἡμιόπων
Ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖαζ;

XLIX.

Εἴθε λύρη καλὴ γνοίμλω ἐλεφαντίνη,
Καί με καλοὶ παῖδες φέροιεν Διονύσιον
ἐς χορόν.

Εἰθ'

XLV.

—— at fovet
Mea Cupido ille titillans
Viſcera, lampadem habens ſerenam.

XLVI.

Exuens ad talos demiſſam
Tunicam, nudatur Doricarum more.

XLVII.

Funde mihi Nectar merum,
Numeroſum ——

XLVIII.

QUænam amabilis te, ô ſervule,
Inſania mentem invaſit,
Minores ad hemiopas
Tibias ſaltare?

XLIX.

Utinam Lyra pulchra ſim eburnea;
Et me pulchri Pueri geſtent ad Bacchi Chorum.

Εἴθ' ἄπυρον καλὸν ψυοίμιλω μέγα χρυσίον,
Καί με καλὴ γυνὴ Φορίη καθαρὸν θεμένη νόον.

L.

Ἔρως μὲν εἰσιδών μευ
Ὑποπόλιον ψύεσον,
Χρυσοφαεννῶν πτερύγων
Ῥιπῇ, αἰετοῖς ὅμοιος,
Παρπέταται.———

LI.

Εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίναις
Ἀναμεμίξονται τρίχες.

Anacreontis, ut perhibentur, Epigrammata. Verſio ferè om-

I.

Εἰς Τιμόκριτον.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος· ὅδε σῆμα·
Ἄρης οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

Utinam ignis-expers pulchrum ſim ingens Vas-aureum;
Et me pulchra fœmina portet purum adhibens animum

L.

AMor quidem conſpicatus meum
Subcanum mentum,
Auro-nitentium alarum
Strepitu, Aquilis ſimilis,
Prætervolat ———

LI.

Quando mihi canæ nigris
Intermiſcebuntur comæ.

---

nis Hen. Stephani; uſque ad Epigr. 8. Cætera vertit Barneſius.

I.

In Timocritum.

COnditur hoc tumulo præſtans *Timocritus* armis:
Haud parcit Mavors Fortibus, at Timidis.

II.

Εἰς Ἀγάθωνα.

Ἀβδήρων προθανόντα τὸν αἰνοβίλω Ἀγάθωνα
Πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἠδ' ἐβόησε πόλις·
Οὕτινα γὰρ τοιόνδε νέων ὁ φιλαίματος Ἄρης
Ἡνάρισε συγερῆς ἐν προφάλιγι μάχης.

III.

Εἰς Κλεηνορίδω.

Καὶ σὲ, Κλεηνορίδη, πόθος ὤλεσε πατρίδος αἴης,
Θερσήσαντα Νότου λαίλαπι χειμερίῃ.
Ὥρη γάρ σ' ἐπέδησεν ἀνέγυος· ὑγρὰ δὲ τὴν σὴν
Κύματ' ἐφ' ἱμερτῷ ἔκλυσεν ἡλικίῃ.

IV.

Εἰς τρεῖς Βάκχας.

Ἡ τὸν θύρσον ἔχουσ', Ἐλικωνιάς· ἡ δὲ παρ' αὐτῇ
Ξανθίππη· Γλαύκη δ', ἡ χεδὸν ἐρχομένη.
Ἐξ ἄρεος χωρεῦσι, Διωνύσῳ δὲ φέρουσι
Κισσὸν, καὶ σαφυλῷ, πίονα καὶ χίμαρον.

V.

II.

In Agathonem.

PRO Patriâ egregium bellis *Agathona* peremptum
Abdera exclamans planxit in igne rogi :
Namque parem nullum Juvenum Mars ſanguine gaudens
In duræ occidit turbine militiæ.

III.

In Cleanoris Filium.

TEque, *Cleenoride*, Patriæ pia cura peremit,
Dum ſpernis rapidi dura flagella Noti :
Teque hora implicuit, nullo ſponſore cavenda ;
Fluctibus at florens merſa Juventa tua eſt.

IV.

In tres Bacchas *depictas.*

QUÆ Thyrſum gerit, eſt *Heliconias* ; ad latus olli
Xanthippe ; *Glauca* eſt, proxima quæ ſequitur.
Monte pedem referunt, *Baccho* & ſua Munera portant ;
Pinguem Hædum, atque Uvam, criſpicomamque Hederam.

V.

Εἰς τὴν Μύρωνος βῶν.

Βουκόλε, τὴν ἀγέλην πόρρω νέμε. μὴ τὸ Μύρωνος
Βοίδιον, ὡς ἔμπνουν, βουσὶ σιωπελάσῃς.

VI.

Εἰς τὸ αὐτό.

Βοίδιον, ὃ χοάνοις τετυπωμένον, ἀλλ' ὑπὸ χήρως
Χαλκωθὲν, σφετέρῃ ψαύσαλο χειρὶ Μύρων.

VII.

Εἰς Συμπότας.

Ὁ Φίλος, ὃς κρητῆρα παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων,
Νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει·
Ἀλλ' ὅσις Μουσέων τε, καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης
Συμμίσγων, ἑρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

VIII.

Ἀνάθημα τῷ Διΐ, παρὰ Φειδόλα, Ἀνακρέοντος.

Οὗτος Φειδόλα ἵππος, ἀπ' εὐρυχόροιο Κορίνθου,
Ἄγκειται Κρονίδῃ, μνῆμα ποδῶν ἀρετῆς.

IX.

V.

In Myronis *Buculam.* Auſonii *Verſio.*

Paſce, Bubulce, greges procul hinc; ne forte *Myronis*
Æs, veluti ſpirans, cum Bobus exagites.

VI.

In Idem.

Bucula non fuſa eſt, ſed in Æs induruit annis;
Quem ſibi, ſed falſo, vendicat ille *Myron.*

VII.

In Compotores.

NON placet ille mihi, plena inter pocula quiſquis
Diſſidia & Martis bella cruenta refert;
Sed qui Muſarum Veneriſque illuſtria dona
Commiſcet, lepidis ſeque dat uſque Jocis.

VIII.

Jovi *facta Dedicatio, nomine* Phidolæ, *Anacreontis.*

Hæc æqua *Phidolæ*, peperit quem lata *Corinthus*,
Sancta *Jovi*, rapidûm ſtat Monumenta pedum.

IX.

IX.

Τῷ Ἀπόλλωνι, παρὰ Ναυκράτους, Τὸ αὐτό.

Πρόφρων, ἀργυρότοξε, δίδυ χάριν Αἰχύλυ ἰῷ, Ναυκράτει, εὐχωλὰς τάσδ' ὑποδεξάμενος.

X.

Τὸ αὐτό.

Ηρηξαγόρης τάδε δῶρα θεοῖς ἀνέθηκε, Λυκαίυ Υἱός· ἐποίησεν δ' ἔργον Ἀναξαγόρης.

XI.

Τὸ αὐτό.

Ῥυσαμένη Πύθωνα δυσηχέος ἐκ πολέμοιο Ἀπὶς, Ἀθηναίης ἐν τεμένει κρέμαται.

XII.

Ἀνάθημα παρὰ Λεωκράτους.

Στοίβυ παῖ, τόδ' ἄγαλμα, Λεώκρατες, εὖτ' ἀνέθηκας Ἑρμῇ, καλλικόμυς ὄκ ἔλαθες χάριτας, Οὐδ' Ἀκαδημείῳ πολυγηθέα· τῆς ἐν ἀγοσῷ Σκιὴ εὐεργεσίῃ τῷ προσιόνῃ λέγω.

XIII.

IX.

Apollini, Naucratis *nomine*,
Ejuſdem.

Sis bonus *Æſchylidæ*, argenteo Rex ſplendidus arcu,
Naucrati, & illius hæc pia vota cape.

X.

Ejuſdem.

Praxagoras hæc Dona Deo dedit, ipſe *Lycæi*
Ortus; Opus verò fecit *Anaxagoras*.

XI.

Ejuſdem.

Qui *Pythona* tulit ſalvum ex diſcrimine belli,
Palladis in luco figitur hic Clypeus.

XII.

Dedicatio Leocratis *nomine*.

HAnc, *Stæbi*, ſtatuam tu quando, *Leocrates*, ornas
Mercurio; pulchræ teque vident *Charites*,
Atque Academia læta: Hujuſque cavamine dextræ
Larga adventanti jam tua facta loquor.

XIII.

XIII.

Εἰς παῖδα Ἀρισοκλέους.

Ἀλκίμων σ', ὦ ῥισοκλείδη, πρῶτον οἰκείρω φίλων.
Ὤλεσας δ' ἥβῃ, ἀμύνων πατρίδ' ὀλκὴν ἥν.

XIV.

Τοῦ Ἀνακρέοντος.

Πρηξιδίκη μὲν ἔρεξεν, ἐβάλασσεν ἡ Δύσηρις
Εἶμα τόδε· ξωὴ δ' ἀμφοτέρων φιλίη.

XV.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πρὶν μὲν Καλλιέλης μ' ἱδρύσατο· τόνδε δ' ἐκεῖνος
Ἔκγονοι ἐσήσανθ'. οἷς χάριν ἀνιδίδω.

XVI.

Τοῦ αὐτοῦ.

Παιδὶ Φιλοσεφάνου Σεμέλης ἀνέθηκε Μέλανθος
Μνῆμα χορῷ νίκης, υἱὸς Ἀρηϊφίλου.

XVII.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σήν τε χάριν, Διόνυσε, καὶ ἀγλαὸν ἄσεϊ κόσμον,
Θεσσαλίης μ' ἀνέθεκ' ἀρχὶς Ἐχεκρατίδης.

XVIII.

XIII.

In Ariſtoclis *filium.*

Fortium te, *Ariſtoclide*, primùm amicorum fleo;
Patriam quod liberando perditus ſis ipſe tu.

XIV.

Anacreontis.

Praxidice hanc veſtem fecit, ſed mente *Dyſeris*
Finxit opus: Namque eſt unus amor Geminis.

XV.

Ejuſdem.

Calliteles me conſtituit; quem deinde Nepotes
Ipſius; quibus eſt Gratia agenda tibi.

XVI.

Ejuſdem.

Hoc *Semelæ* Nato gratus dedit ipſe *Melanthus*,
Succeſſus cauſa, Natus *Areïphili.*

XVII.

Ejuſdem.

Bacche, tui cauſa, atque Urbis decus inde futurum,
Me dat Theſſaliæ Rector *Echecratides.*

XVIII.

XVIII.

Τῦ αὐτῦ.

Ἔτχεο, Τιμώνακτι θεῶν κήρυκα γενέσθαι
Ἥπιον· ὅς μ' ἐρατοῖς ἀγλαΐην προθύροις,
Ἑρμῇ τε κρείοντι καθέσταλο· τὸν δ' ἐθέλοντα
Ἀσῶν κ) ξείνων γυμνασίῳ δέχομαι.

XIX.

Τῦ αὐτῦ.

Βωμὸς τόσδε θεοῖς Σοφοκλῆς ἱδρύσαλο πρῶτος,
Ὃς πλεῖσον Μούσης οἶδε κλέος Τραγικῆς.

XX.

Ἀνακρέοντος.

Τηλίκη ἱμερόεντα βίον πόρε, Μαιάδος υἱέ,
Ἀντ' ἐρατῶν δώρων τῶνδε χάριν θέμενος·
Ὃς δέ μιν εὐθυδίκων Εὐνομέων ἐνὶ δήμῳ
Ναίειν, αἰῶνος μοῖραν ἔχοντ' ἀγαθῆς.

XXI.

Τῦ αὐτῦ.

Φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον, ὦ παῖ·
φέρε δ' ἀνθεμεῦντας ἡμῖν
Στεφάνους· ἔνεικον ὡς μὴ
Πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω.

ΑΝΑ-

XVIII.

Ejuſdem.

PRæco Deum ut fautor ſit *Timonacti* precare,
Qui me perpulchris Porticibuſque Decus,
Mercurioque ſimul poſuit; quem deinde lubentem
Civili excipio, vulgivagaque Schola.

XIX.

Ejuſdem.

Has Aras Divis *Sophocles* prior ipſe dicavit;
Plurima cui Muſæ Gloria ſtat Tragicæ.

XX.

Anacreontis.

TLÆÆ, præco Deum, Vitam donato ſerenam,
Gratus ob hæc, data quæ Munera grata tibi;
Daque ipſum in Populo per longum degere, juſto
Hoc *Euonymeo*, & ſorte favente frui.

XXI.

Ejuſdem.

FER Aquam, fer Vinum, ô Puer:
Fer & florentes nobis
Coronas; fer, *inquam*; ut ne *amplius*
Adverſus Amorem Athletæ-more-contendam.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΕΙΟΝ

Θεοκρίτου, Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη
Ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
Στυγνὴν ἔχουσα χαίτην,
Ὠχρήν τε τὴν παρειήν,
Ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτὴν
Ἔταξε τοὺς Ἔρωτας.
Οἱ δ' εὐθέως ποτηνοὶ
Πᾶσαν δραμόντες ὕλην,
Στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
Δῆσάν τε, καὶ πέδησαν.
Χὠ μὲν, βρόχῳ καθάψας,
Ἕσυρεν αἰχμάλωτον·
Ὁ δ', ἐξόπισθ' ἐλαύνων,
Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις·
Ὁ Θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς·
Φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην.
Τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτη,
Πάντων κάκιστε θηρῶν,
Σὺ τόνδε μηρὸν ἴψῳ;
Σὺ μοῦ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
Ὁ Θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε.
Ὀμνυμί σοι, Κυθήρη,
Αὐτὴν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,
Καὶ ταῦτά μου τὰ δεσμὰ,
Καὶ τόσδε τοὺς Κυνηγούς,
Τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σου

Οὐκ

Theocriti, vel ipſius *Anacreontis*, in mortuum *Adonin*,
ANACREONTICUM elegantiſſimum.

ADonin Venus
Ut vidit mortuum jam,
Horridam habentem comam,
Pallidamque genam,
Ducere Aprum ad ſe
Juſſit Amores.
Illi vero ſtatim, *ut* volucres,
Per omnem currentes Sylvam,
Inviſum Aprum invenerunt,
Ligarunt, & inſuper ligarunt.
Et hic quidem, ſune innectens,
Trahebat captivum:
Ille, à tergo agens,
Percutiebat arcu:
At Ferus incedebat trepide;
Metuebat enim Venerem.
Illi vero dixit Venus,
O omnium peſſime Ferorum,
Tune iſtud Femur læſiſti
Tune meum Virum percuſſiſti?
At Ferus dixit hoc modo.
Juro tibi, ô Venus,
Per teipſam & Virum tuum,
Et hæc mea Vincula,
Et hoſce Venatores,
Virum tuum formoſum

Οὐκ ἤθελον πατάξαι·
Ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον,
Καὶ, μὴ φέρων τὸ καῦμα,
Γυμνὸν, τὸν εἶχε, μηρὸν
Ἐμμαινόμαν φιλῆσαι·
Καί μευ καλεκσίναζε.
Τέτας λαβοῦσα, Κύπελ,
Τέτας κόλαζε, τέμνε
(Τί γὰρ φέρω θεισὰς;)
Ἐρωτικὰς ὀδύνας.
Εἰ δ' ἀχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
Καὶ ταῦτ' ἐμεῦ τὰ χείλεα.
Τὸν δ' ἠλέησε Κύπελς,
Εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι,
Τὰ δεσμὰ οἱ πιλῦσαι.
Ἐκ τοῦδ' ἐπηκολούθη,
Γλὰν δ' ἔτ' ἀχ ἔβαινε,
Καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν
Ἔκαιε τὰς ἔρωτας.

ΣΑΠΦΟΥΣ ὨΔΑΙ.

I. Εἰς Ἀφροδίτην.

Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα,
Παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσομαί σε,
Μή μ' ἄτασι μηδ' ὀνίαισι δάμνα,
Πότνια, θυμόν.
Ἀλλὰ τῆδ' ἔλθ', αἴποτε κατ' ἔρωτα
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς αἴοις, ἄς πολλάκ'

Ἔκλυες

Minime volebam ferire ;
Verùm velut ſimulacrum intuebar;
Et nullatenus ferens *amoris* incendium,
Nudum, quod habuit, Femur
Perdite-cupiebam oſculari:
Idque mihi nocumento-fuit.
Hos igitur accipiens, ô Venus,
Hos, *inquam*, puni, excide
(Quid enim gero ſupervacaneos?)
Amatorios Dentes.
Sin minus tibi hæc ſuffecerint,
Etiam & hæc mea labra.
Hujus vero miſerta eſt Venus,
Juſſitque Amoribus,
Ut Vincula illi reſolverent.
Ex eo *tempore Venerem* aſſequebatur,
Sylvamque amplius haud rediit,
Et ad ignem accedens
Exuſſit amores, i. e. *amatorios ſuos Dentes.*

SAPPHUS ODÆ.

I. *In Venerem.*

VErſicolori ſolio immortalis Venus,
Filia Jovis dolos nectens, ſupplico tibi,
Ne mihi pœnis neque mœroribus doma,
Veneranda, animum.

Verùm huc ades, ſiquando per Amorem
Meam vocem audieris, quam tu ſæpius

Ἔκλυες, πατρὸς ἦ δόμον λιποῖσα
Χρύσεον ἦλθες,
Ἄρμ' ὑπαζεύξασα, καλοὶ δ' ἆγον
Ὠκέες στρῶθοι, περὶ γᾶς μελαίνας
Πυκνὰ δινεύντες ἀπ' ὠράνω αἰθέ-
ρος διὰ μέσσω,
Αἶψα δ' ἐξίκοντο. τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
Μειδιάσασ' ἀθανάτῳ προσώπῳ,
Ἤρε' ὅττι δηὖτε πέπονθα, κ' ὅττι
Δεῦρο καλοῖμι.
Κ' ὅττι γ' ἐμῷ μάλις' ἐθέλω γενέσθαι
Μαινόλᾳ θυμῷ, τίνα δ' αὖτε πείθω,
Καὶ σαγηνεῦσαν φιλότητα· τίς σ', ὦ
Σαπφοῖ, ἀδικεῖ;
Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει·
Αἰ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει·
Αἰ δ' μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλήσει,
Κ' ὄτε κ' ἐθέλοισα.
Ἔλθέ μοι κἠνῦν, χαλεπᾶν δ' λῦσον
Ἐκ μερίμναν. Ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
Θυμὸς ἰμείρει, τέλεσσον, σὺ δ' αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσσο.

II. Εἰς Κόρινναν.

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν' ἀνήρ, ὄστις ἐναντίος τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνεί-
σας ὑπακούει,

Καὶ

Auſcultabas, patríſque domum relinquens
Aureum veniſti,

Currum ſubjungens, pulchri verò te egerunt
Celeres paſſeres, alas ſuas nigras
Crebrò vibrantes à cœlo per æthe-
rem medium:

Protinúſque pervenerunt: Tu verò, ô beata,
Subridens immortali vultu tuo,
Rogabas, quodnam erat quod paſſa ſum, & quod
Huc *te* vocarem.

Et quodnam meo maximè velim fieri
Furenti animo, quamve rurſus Suadam,
Atque irretientem amorem. Quis te, ô
Sappho, lædit?

Etenim ſi fugit, citò te ſequetur:
Sin autem non accipit, quin ipſe dabit:
Sin verò non amat, citò amabit,
Atque ubi tu jufſeris.

Veni ad me & nunc, duríſque ſolve me
Ex curis: Quæque mihi te perficere
Animus concupiſcit, perfice; túque ipſa
Adjutrix eſto.

II. *In Puellam.*

ILle mi par eſſe Deo videtur,
Ille, ſi fas eſt ſuperare Divos,
Qui ſedens adverſus identidem te
Spectat, & audit

Dulce

Καὶ γελώσας ἱμερόεν, τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν.
Ὡς ἴδον σε, βρόγχον ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς
Οὐδὲν ἔθ' ἦκει.

Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγε, λέπτον δ'
Αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑπαδεδρόμακεν,
Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι· βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί μοι.

Κὰδ δ' ἰδρὼς ψυχρὸς κέεται, τρόμος δ'
Παῖσαν αἰρεῖ· χλωροτέρη δ' ποίας
Ἐμμί· τεθνάναι δ' ὀλίγω δέοιζα
Φαίνομαι ἄπνυς.

Τῆς αὐτῆς ἐκ τῦ Ἡφαιστίωνος Γραμματικῦ.

Δ Ε'δυκε μὲν ἀ σελάνα,
Καὶ Πληιάδες, μέσαι δ'
Νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα·
Ἔγω δ' μόνα καθεύδω.

Dulce ridentem; miſeræ quod omnes
Eripit ſenſus mihi. Nam ſimul te,
Cypria, aſpexi, nihil eſt ſuper mî
Quod loquar amens.

Lingua ſed torpet, tenues ſub artus
Flamma demanat, ſonitu ſuopte
Tintinant aures, gemina & teguntur
Lumina nocte.

Reliqua ſunt Henrici Stephani.

Manat & ſudor gelidus, tremorque
Occupat totam: velut herba pallent
Ora: ſpirandi neque compos, Orco
Proxima credor.

Fragmentum Sapphûs, ex Hephæſtione.

OCccidit quidem Luna,
Et Pleiades, mediæ autem ſunt jam
Noctes, præterítque hora;
Ego tamen ſola dormio.

Ejuſdem

Ejuſdem Sapphûs Odaria, ex Emendatione Iſaaci Voſſii.

Ποικιλόφρον ἀθάνατ' Ἀφροδίτη,
Παῖ Διὸς δολόπλοκε, λίασομαί σε
Μή μ' ἄσαισι, μή δ' ἀνίαισι δάμνα,
Πότνια, θύμον.

Ἀλλὰ τυΐδ' ἔλθ' αἴποκα κατερῶτα
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς αἴοισα πόλλυ
Ἐκλυες, πατρὸς δ' δόμον λιπᾶσα
Χρύσεον ἦλθες

Ἅρμ' ὐπαζεύξασα, καλοί δ' σ' ἆγον
Ὠκέες στρθοὶ, περὶ γᾶς μελαίνας
Πυκνὰ δινεῦντες πτερ' ἀπ' ὠράνω αἰθέ-
ρος διὰ μέσσω.

Ἄιψ' ἀλλ' ἐξίκονθο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
Μειδιάσασ' ἀθανάτῳ προσώπῳ
Ἤρε' ὅτι δ' ἦν τό πέπονθα, κ' ὅτι
Δηὖ τε κάλημμι.

Κ' ὅτι' ἐμῷ μάλιστα θέλω γενέσθ
Μαινόλα θύμῳ, τίνα δ' αὖτε πείθη-
μι σαγηνέσαν φιλότητα, τί σ', ὦ
Σαπφοῖ ἀδικῆ;

Καὶ

Καὶ γὰρ εἰ φύγῃ, ταχέως διώξει,
Αἰ δ' ὄ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει,
Αἰ δ' ὄ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλήσει,
Ἢ κ' ἐθέλοις.

Ἔλθε μοι κ' νῦν, χαλεπᾶν δ' λῦσον
Ἐκ μερμνᾶν, ὄασα δέ μοι τελέσαι
θύμῳ ἱμέρρει τέλεσον, σὺ δ' αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσο.

Ἄλλο.

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν' ὠνὴρ ὄστις ἐναντίος τοι
Ἰζάνει, κ' πλασίον ἀδὺ φωνε-
σας ὑπακόει.

Καὶ γελαίς ἱμερόεν, τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν.
Ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέας με φώνας
Οὐδεν ἔθ' ἥκει.

Ἀλλὰ καμμεῦ γλῶσσα σέσιγε, λεπτὸν,
Αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑπαδεδρόμακεν,
Ὀππάτεσσιν δ' ὐδεν ὄρημι, βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί μοι.

Κάδδ' ἰδρὼς ψυχρὸς κέεται, τρόμος δ'
Πᾶσαν ἄγρει· χλωροτέρη δ' πόας
Ἔμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύσα
Φαίνομαι ἄλλα.

ΣΑΠΦΟΥΣ

ΣΑΠΦΟΥ̃Σ ἘΠΙΓΡΆΜΜΑΤΑ.

Τῷ γερπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε Μένισκος
Κύρτον, καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζοΐας.

SAPPHUS EPIGRAMMATA.

Ex Anthologia.

Piſcatori Pelagoni Meniſcus pater repoſuit
Naſſam, & tonſam, monumentum miſeræ illius vitæ.

Ἄλλο.

Τιμάδος ἄδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῖσαν
Δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος.
Ἃς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθηγεῖ χαλκῷ
Ἄλικες ἰμερταὶν κρᾶτος ἔθεντο κόμαν.

Aliud.

Timadis iſte cinis, quam quidem ante nuptias mortuam
Excepit Proſerpinæ nigricans thalamus.
Cujus & pereuntis omnes recenter-exacuato ære
Æquales amabilem capitis poſuere comam.

FINIS.

SERO tandem, & non niſi poſt impreſſum totum hunc Libellum, ad manus noſtras pervenit Editio Anacreontis Odarum & Fragmentorum, Græcè & Latinè; cum Notis Joannis Cornelii De Pauw: Trajecti ad Rhenum 1732. De Illius Editione, quatenus ad hanc noſtram ſpectare poteſt, exigere res videtur ut ſtricturas quaſdam hic ſubnectamus. In multis convenit illi mecum; atquē inter ea in nonnullis quæ prorsùs nova ſunt. Aliquoties in ejus ſententiam propendeo; eam licet amplecti neceſſe non habeam. Loca adnotabo; nè quid, Lector, hîc deſideres quod vel leviſſimè tibi ex uſu futurum exiſtimem. Od. XIV. 19. pro βαλώμεθ' legendum potius λαβώμεθ'. Τί γὰρ λαβώμεθ' ἔξω; *Quid* [i. e. *non cur*, ſed *quam rem*] ſumamus *extra?* Eſt autem vocis mediæ. Od. XXIII. 6. pro τὸ leg. τι. Εἰ δ' ἀδέ τι πείσας, &c. *Si nullo modo, nullâ ratione,* ἀδὲ τινὰ τρόπον. Ad Od. XXVIII. 33. aſſentior Illi, ἀπέχει pro *ſufficit* non legi, niſi Evangel. Marc. xiv. 41. eamque lectionem parùm eſſe ſtabilitam; hic legendum eſſe

potius ἄπεχε [μισθὸν videlicet.] *Habe* [Pictor] *mercedem tuam.* Ità (quod ego hic adjicio) Matth. VI. 2, 16. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Od. XXIX. 20, 21. legend. mutatâ tantùm interpunctione Ἐρύθημα, &c. Δύνασαι, βαλεῖν ποίησον. " Βαλεῖν " respicit præcedens παρειὰ, v. 19." & " verborum ordo eſt, παρειὰ ἐρύθημα αἰδῦς " βαλεῖν ποίησον, ὡς ἄν δύνασαι. Fac ut " gena *emittat* ruborem illum verecundiæ, " quantum potes." Od. XXXVI. 3. pro ποσάτων leg. potiùs ποσᾶτον. Rectè tamen admitti poteſt altera lectio. Od. XLV. 8. pro ποτ' leg. τότ'.

In pluribus diverſa omninò ſentimus ille & ego. Et ſupervacuum eſſet, & moleſtum, tam Lectori, quam mihi, ſingula indigitare. Sunt multa nullius momenti; & uter noſtrûm rectiùs judicet, penes alios ſit judicium, quibus & vacat & volupe eſt ſententias noſtras inter ſe conferre. Non eſt operæ pretium, mihi ſaltem non vacat, iſtas minutias diſcutere. Præſertim, cum ille nullam ſæpenumero ſui ſive judicii, ſive cenſuræ, rationem reddat; niſi hæ locutiones, *attende, attende; vides? ſentiſne? vah, vah ineptiæ; apage, apage nugas;* aliæque

que istiusmodi, quas centies repetit, pro rationibus sint habendæ. Quam de quibusdam locis fert sententiam, exempli gratiâ, in medium proferam; & quibus de causis eam probare nequeam, breviter indicabo. Ad Od. V. 12, 13. Στέψον ἔν με, &c. hæc habet. " An, ut Ste-
" phano in Versione Latinâ placuit,
" eundem Dionysium hic compellat, &
" caput sibi coronare jubet? Hoc longè
" adhuc ineptius; ut quisque animad-
" vertit statim." Ego, fateor, non animadverto. Quidnam absurdi involvunt hæc verba; *corona me, Bacche; & citharizabo juxta templum tuum?* Cùm ille nullam censuræ suæ reddat rationem; nihil habeo ego quod reponam, nisi me aliter sentire. Judicet Lector. Oden XII. perquam elegantem ab Anacreonte abjudicat, quia scilicet voces ψαλίξω, & ἀνθερίξω, sunt Dorismi. Sed pueri sciunt (ut ista ipsius phrasi, quam identidem repetit, semel utar) pueri, inquam, sciunt ex vulgaribus Grammaticis, & Lexicis, multa verba in ζω, communi dialecto, & sine Dorismo, efferre futurum per ξω, nonnulla per σω, & ξω. Cujusmodi sunt ψαλίζω, & θερίζω. Ad Od. XIV.

2. Ἔπειθ' Ἔρως φιλεῖν με, " Liber Vati-
" canus, inquit, Ἔπειθ' Ἔρως φιλεῖ με.
" Nihil ineptius, ubi ſequitur, &c. Bar-
" neſius hoc rectè; ſed illud malè, quod
" ἔπειτ' ſcribendum putet, recepto φιλεῖ.
" Nam quid? An ἔπειθ' pro ἔπειτα ante
" vocalem non noverat Vir Græcè doc-
" tus? Vah, vah ineptiæ." Voluit dicere proculdubiò Vir Græcè doctus De Pauw, ante vocalem *aſpiratam*. Nam ante vocalem *non aſpiratam* (qualis eſt, de quâ agitur, ε in ἔρως) ἔπειθ' pro ἔπειτ' novit nemo. Ad Od. XV. 11. " Pro Ὡς in
" principio verſus Ἕως etiam reponit
" Homo, [Barneſius ſcilicet;] —— Quid
" autem Ἕως, & ſyllaba ſuperflua? A-
" page, apage ineptias." Atqui neſcitne Vir doctus Figuram quæ Synecphoneſis, ſive Synæreſis, dicitur? Hiſce contractionibus, apud Poetas, nihil uſitatius; idque in principio verſus. Vid. Pythag. v. 49. Iliad. ε. 349, 466. Theocr. Idyl. v. 116. Ad Od. XVIII. 6. " In li-
" bro Vaticano legebatur Ποτὸν πίοιμι
" τερπνόν. Peſſimè, & contra ipſas leges
" Syntacticas." Quorſum obſecro? Appello te, Lector; Quidnam hîc contra Syntaxin? Ad v. 10. " Flacceſſit μᾶλ-
" λον."

" λον." Quomodo? iterum rogo. Nulla cauſa allegatur. Nonne μᾶλλον ſæpiſſime ſignificat *potiùs?* Nonne ita ab ipſo Anacreonte uſurpatur, Od. IV. 13. Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, &c.? Hoc autem loco nonne ſatis congruum eſt? imo elegans & emphaticum? Ne ſculpe ritus peregrinos &c. ſed ſculpe, *potiùs*, Bacchum, &c. Quid vult ſibi Homo hypercriticus? Ad XXI. 9. " Alius Interpres Gallicus, " quem bonus Barneſius ſequitur, locum " ita finxerat;

Τὸ ἦ καῦμα τῶν ἐρώτων,
Καρδίη, τίνι σκεπάζω;

" Quod adeò ineptum, ut nihil magis." Probè. " Nam quid καρδίη hic κλητικῶς?" Quidni? Cur non hic, pari jure ac apud Homerum?

——καρδίην ἠνίπαπε μύθῳ,
Τέτλαθι δὴ καρδίη ——

" Quid τίνι abſolute? Iſtane vel ſententia, " vel linguæ uſus ferre poteſt?" Poteſt, inquam Ego; & dignum eſt patella operculum iſta reſponſio. " Apage, apage nugas,

" quæ ſtomachum mihi cient, & ipſis pue-
" ris ſunt indignæ." Egregia ſanè ratiocinatio. Ad Od. XXVIII. 15, &c. p. 111. —" ἴτυς de ſuperciliis rectè dicitur,
" quæ orbiculata ſunt, non de ciliis,
" quorum orbis eſt nullus." Utriſque *orbis* eſt nullus; ſed utriſque eſt ἴτυς, i. e. *curvatura*; & utriſque æqualiter. Ad Od. XXIX. 27, &c. " Quid illud
" παρῆλθον hic? An Stephanus audiendus?
" Fateor, nihil inſulſius vidi unquam;
" & Virum diligentiſſimum [nonne etiam doctiſſimum?] " ità ineptiiſſe mi-
" ror." Vertit Stephanus παρῆλθον *præteribam*. Annon rectè? Παρέρχομαι annon ſignificat *prætereo?* Quid aliud ſignificat? *Ibid.* Μετὰ ὃ πρόσωπον ἔχω —" Illud μετὰ probare non poſſum.
" Nam quid præpoſitio illa hoc loco?
" An collum eſt μετὰ πρόσωπον? An
" vultus ſtat primo loco, dein altero ſe-
" quitur collum? Nihil hercule exole-
" tius. Si legeretur μετὰ πρόσωπον γρά-
" φε, minùs diſpliceret locutio: Nam
" poſt vultum fere pingi ſolet collum."
Hic ſibi ſatis reſpondet Vir bonus; nec tamen reſponſionem ſuam admittit. Γράφε quidem non exprimitur; ſed poteſt ſenſus

ſus ejus congruè, imò eleganter, ſubaudiri in ἔσω, [ἔσω γεφόμενον.] Quid facilius? Quid frequentius apud optimos Scriptores? Meliùs igitur omiſiſſet Criticus noſter quæ ſequuntur; "Nunc pro γεφ-
"φε habemus ἔσω, quod locutionem ef-
"ficit planè inviſam." Ad Od. XXXII. 3, 4. Εἰ ἠμαθῶδες —— θαλάσσης. "Ni-
"hil ineptius: Nam quis ἠμαθῶδες τ'
"ὄλης θαλάσσης ità dixit unquam, aut
"dicere potuit? An mare ita fluit,
"& refluit, ut arenas quæ in fundo
"ejus ſunt oſtendat quotidie, homi-
"neſque ad eas numerandas admittat?
"Haud dubie ſentis ſtatim quàm ridi-
"culum hoc, & ab ipſa natura abhor-
"rens planè. Si τῶν αἰγιαλῶν ἠμαθῶδες
"dixiſſet Poeta, id aptum fuiſſet & bo-
"num &c." Hoc eſt; quia non poſſumus videre omnes arenas quæ in mari ſunt, & ad eas numerandas admitti; ergo non poſſumus, ſine culpa, poeticè dicere arenas totius maris à nobis non eſſe numerandas. Quàm acutè! Præterea; nonne poteſt per mare metonymicè intelligi littus maris? Quoties in ſacrâ ſcripturâ occurrit iſta phraſis, *ſicut arena maris?* Job vi. 3. Pſal. lxxviii. 27. aliiſque

in

in locis innumeris. Intelligantur arenæ ſive in littore maris, ſive in ipſo mari, perinde eſt; iſta locutio *arena maris* uſurpatur: Si autem poſſumus dicere, *arena maris*; certè poſſumus dicere, *arena totius maris*. Od. XXXIX. 10. per ἄῤῥας πολυανθεῖς intelligit *vini fragrantiam; odores Lyæi ſuaviſſimos, & multorum floſculorum odorem imitantes*, aitque, *nihil certius, aut perſpicuum magis*. Tantum abeſt, me judice, ut ſit adeò certum; ut prorsùs credam nil tale Poetæ in mentem veniſſe. Vide verſionem noſtram, & notulam in locum. Ad Od. LIII. 3. ξυνέταιρ', &c. "Da-
" cierius, qui ex eo colligit, Odarium
" per modum Dialogi fuiſſe ſcriptum,
" lepidè nugatur. Nam nihil in eo
" quod Dialogi formam præ ſe ferat.
" Id vident omnes qui oculis non ſunt
" capti." Quid ita? Poteſt quidem non eſſe Dialogus; ſed poteſt eſſe. Poſſumus certè concipere ſingulas ipſius partes (quas Dacieria per Dialogi formam diſtinguit) à duobus alternatim cani. Atque ità de facto ſe rem habuiſſe, ſuadere videtur iſte verſiculus, Συνέταιρ', &c. Imò vix aliter concipi poteſt. Nec quidquam

quam è contrà probat, nec probatum it, Criticus noſter; niſi dicere *id vident omnes qui oculis non ſunt capti*, ſit probare.

Hactenus, de locis quibuſdam, ſive verſiculis, ſeorſim ſumptis. Parco pluribus; ſufficiant hæc ſpeciminis loco. Sed ulterius multò progreditur Vir doctus; ex iis quæ Anacreonti adſcribuntur, Odas integras non paucas improbat, & atro carbone notat; ut Oden II. XVIII. XX. XXIII. XXIV. XXVI. XXXI. XXXII. XLI. XLVIII. LI. LII. LIII. LV: Quarundam Auctores nominans Poetaſtros, Poetas pauperioris ingenii, pauperculos, miſeros, miſellos, balbutientes, &c. Quinetiam nonnullas improbat, damnatque, unà cum earum Auctoribus, quæ meo quidem judicio admodum elegantes ſunt, & venuſtæ. Videamus cauſas ab eo allatas quamobrem id facit. Ad Od. II. 8. Γυναῖξιν ἀπ' ἐπ' εἶχεν. "Ενοια (inquit) frigida, & inepta. An omnia quæ excellunt igitur jam enumerata? Abſit, abſit: Exempli gratia, eſt aſtutia vulpibus tributa? Ubi alia data animantibus aliis? ——Addam aliud. Ipſe bonus ſibi contradicit; Nam ubi dixerat, Naturam nihil habuiſſe

" buiſſe amplius quod fœminis largire-
" tur; eodem fere ſpiritu pulchritudinem
" promit, quæ alia omnia facilè vincat,
" &c." Sed pendet totum hoc ab er-
rore; loco malè intellecto. Vide Ver-
ſionem noſtram, & Notam. Nobiſcum
etiam ſentit Stephanus :

Prudentiam viris dat,
Sed fœminis nequivit.

Ad Od. XX. Ἡ Ταντάλου, &c. " Non
" quadrat, inquit, hic Niobes exem-
" plum : Nam ea formam non mutavit,
" ſed in lapidem diriguit, & mulier in
" monte Sipylo ſtetit. —— Si mentem
" habuiſſet Odarii Auctor; Proteum, &
" Periclymenum hic debuiſſet comme-
" morare, qui, ut notum eſt, in quaſli-
" bet formas ſeſe mutare poterant am-
" bo. Nam ſic non modò votorum
" ſuorum habuiſſet θαῦμα ἄλλῃλον, ſed etiam
" vir à viris duxiſſet exemplum, non a
" mulierculis, ut nunc ſatis inſulsè fa-
" cit. Quare hic ſtatim in principio
" duplex eſt Lyrici minus eruditi pecca-
" tum." Iſtud *formam non mutavit, ſed in lapidem diriguit, & mulier ſtetit,*

ænig-

ænigmaticum quiddam, nè dicam contradictorium, in se continere videtur; sed missa hæc faciamus. Respondeo ad primam Criminationem: Non *quadrat* quidem Niobes Exemplum; sed (quod multò melius, & elegantius) *opponitur*. Illa a Diis *iratis* in *saxum* mutata est; Ego contrà, inquit Poeta, *vellem* mutari in *speculum*, &c. Fingit autem Criticus noster Poetam dicere, se cupere sibi facultatem dari formam mutandi suam; quod fecerunt Proteus & Periclymenus. Sed totâ errat viâ. Idne innuunt verba ista ἄλλω, γενοίμην, θέλω γενέσθαι? Certè *fierem*, sive *volo fieri*, non idem sonat ac *me facerem*. Ad secundam; Quare insulsum est, in hujusmodi materiâ, virum non a viris, sed a mulieribus exemplum ducere? Imò forsan elegantiam quandam sapit: quasi dixisse, " Niobe, & Progne, mulieres, per infortunium mutatæ sunt: Ego vir præ amore mulieris cuperem mutari, &c. Ad Ver. 6. Ὥπως ἀεὶ βλέπῃς με. " Nimium, ait, est ἀεὶ de speculo——— " Ità solent, qui venam non habent fa- " cilem; & verba quærunt, ut versus " oppleant." Quid est Hypercriticum agere, carpere, & calumniari; si hoc non est?

eſt? Quis neſcit vocem *ſemper* in omnibus linguis, apud omnes ſcriptores, & in familiari colloquio, ſenſu maximè proprio non ſemper accipi; ſed frequentiſſimè minus proprio, pro *perpetuò*, *identidem*, *aſſiduè*? &c. Præterea, fac ità non eſſe; Quidni hic quoque lateat elegantia quædam, in hyperbole (*ſemper* pro *frequenter*) tacitè perſtringente puellarum formâ præſtantium ſuperbiam, quæ ſpecula ſua frequentiſſimè ſolent conſulere? Ad Ver. 16. Μόνον ——— με. " Si ad præ-
" cedentia, & indolem ſermonis atten-
" das; facilè videbis mecum hæc metri
" neceſſitate etiam extorta eſſe homini
" pauperioris ingenii: Nam dura certè
" ſunt, & coacta." Habemus hic mera Editoris verba; αὐτὸς ἔφη: Atque ità actum eſt de Ode inter Anacreonticas penè omnium belliſſima. Oden XXXI. concinnam admodum, me judice, & delicatam, non minori acerbitate exagitat; ad ejus initium eodem fere modo argumentatur, quo ad initium illius jam nunc memoratæ; eſtque eadem ferè reſponſio adhibenda. " Peſſima, inquit, & frigi-
" diſſima eſt hujus Odarii ἔννοια. Nam
" quid in furore Alcmæonis & Oreſtis;

quid

" quid in furore Herculis, & Ajacis, quod
" ad hunc furorem Anacreonticum ap-
" propinquet? Nihil certè, nihil: Illi
" insaniverunt pœnæ loco, & insaniver-
" runt verè: Hic voluptatis causâ insa-
" niret, & insaniret fictè. Fateor, qui
" talia inter se comparat, meo judicio,
" ineptissimus sit oportet. Attende, at-
" tende adhuc semel: Cur mihi insanire
" non liceret, bene poto animi causâ,
" ubi Alcmæon, & Orestes matricidæ;
" ubi Hercules & Ajax, hic sui ipsius,
" ille liberorum & uxoris interfector, in-
" saniverunt olim? Pulchra illatio non-
" ne, & pulcher furoris simulati, ac le-
" pidi prætextus? Hæc tamen probantur,
" & adscribuntur Anacreonti Teio: Her-
" cules, tuam fidem, quis credat, quis
" ferat?" Verba satis animosa, fateor; sed *argumenta* parum habent *ponderis*. Pro concesso sumit (quod neutiquam concedendum est) debuisse Poetam inter Orestem, Ajacem, &c. & se, inter eorum insaniam, & suam, *comparationem parallelam* instituere. Atqui hoc debuerat probare, non supponere. Non erat Poetæ in animo, dicimus nos, παράλληλον, sed *Oppositio*: Quæ multo fortior, pulchrior,

elegantior. Hoc modo. Illi insaniverunt pœnæ loco; (ut Critici nostri verbis utar:) Ego furam voluptatis causâ: Illi verè; Ego fictè; Illi matricidæ, &c. Ego bene potus, &c. Hanc esse mentem Scriptoris (& quid facetum magis?) abundè demonstrat tota Odarii structura.

Ἐμάνετ' Ἀλκμάιων τε,
Χὠ λευκόπυς Ὀρέστης,
Τὰς μητέρας κτανόντες.
Ἐγὼ δ' οὐδένα κτὰς,
Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον, &c.

In sequentibus usque ad finem major est Antithesis, si fieri id potest. Videat Lector. Judicet idem sitne Ode LII. pulcherrima, an non: Est, meâ quidem sententiâ. Audi Hypercriticum. "Ὑποκείμενον hujus Odarii est quale ipsius Auctoris fuit ingenium; ineptum scilicet, & perplexum. Nam cùm in prima parte agatur de uva pressa, & vino novo, in parte altera sequuntur ea quæ in vinum vetus æquè conveniunt, ac in vinum novum. Partem primam constituunt decem Versus; partem alteram Versus quatuordecem: & sic plu-

" res ſunt qui de vino loquuntur γενικῶς,
" quàm qui de vino novo loquuntur εἰδι-
" κῶς." Dicimus primò, Sit ità: Quid hic abſurdi? Quid impedit quo minùs congruè & eleganter loqueretur Poeta partim de vino novo, partim de veteri; partim de vino γενικῶς, partim vel de novo, vel de veteri, vel de utroque, εἰδικῶς? Et quid, ſi plus de illo quàm de hoc, vel de hoc quàm de illo? Quanquam (ſecundò) nullum tale diſcrimen facit. Vindemiatores forſan vinum novum, ſive muſtum, bibebant, joci, & luſûs cauſâ. Sed pergit. " Atque hinc eſt quod Odarii
" Inſcriptio rectè concipi non poſſit.
" Nam ſi vulgatam Εἰς Οἶνον ſumas; pars
" prima perperam negligitur." Nequaquam. Vinum novum eſt vinum. " Si
" eam locupletes, Εἰς Οἶνον νέον, perperam
" contra negligitur poſtrema: Hoc aper-
" tum eſt." Minimè. Quia nulla vini fit mentio, præterquam novi. " Barne-
" ſius (inquit) Inſcriptionem præfixit
" novam, Ἐπιλήνιον ὕμνον: Quo nihil
" ſtultius; ubi in ipſo Odario legimus.
" diſertè,

Μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες,
Ἐπιληνίοισιν ὕμνοις.

" & omnia hic ſunt διηγηματικὰ, &c. " Quid tum? Nonne poteſt in Hymno torculario, διηγηματικῷ licèt, ipſius Hymni torcularii mentio fieri? Sed inquies, Hymni ſunt εὐχαριſτικοὶ, & Deum aliquem laudant, celebrantque. Multi, ſi placet; ſed non omnes. Hymnus eſt Ode, vel Cantus: Ode autem, vel Cantus in Deſcriptione ſæpenumero totus occupatur. Sed de hoc non laboro. Melior Inſcriptio eſſet, Εἰς Τρυγητὸν. *In Vindemiam.* Iſtud enim eſt verum, & genuinum totius Odes Argumentum. Atque hic ſubit obſervare, iſtam Inſcriptionem Verſioni Latinæ à me eſſe præfixam: Sed oblitus ſum mutare Græcam. Eſt hoc erratum: Corrigas, Lector, quæſo; & pro Εἰς οἶνον, legas Εἰς Τρυγητὸν. Redeo ad Editorem Ultratrajectinum. Vellem Vir doctus de literis humanioribus, ſive politis, diſſerens, quæ mores emollire ſolent, & urbanos reddere, plus humanitatis, ſaltem minus aſperitatis (dicam? an iracundiæ, & furoris?) criticis ſuis animadverſioni-

bus

bus miſcuiſſet. An quicunque ab eo diſſident, ſunt idcirco inepti, inſulſi, balbutientes, blaterantes? His enim eos, aliiſque ejuſdem monetæ, elogiis paſſim exornat: Barneſium præcipuè; qui ab eo indignis modis vapulat: Barneſium, Virum (quicquid de illo cæteroquin ſtatuendum ſit) certè peritiſſimum Linguæ Græcæ; ejuſque in celeberrima Academia Cantabrigienſi Profeſſorem Regium. Erat quidem, ſi huic homini credas, Græcarum literarum rudis, imò pene ignarus; ſed ad Orbem literatum provoco, & Homerum atque Euripidem Barneſianum teſtor. Sed ea præ cæteris miror, quæ, tum in Præfatione, tum in Notis, de *Brevitate* ſua jactat. Quis prolixus cenſendus eſt, ſi ille ſit brevis? Libellus hic noſter in Duodecimo (quod aiunt) ſi cum illius Volumine in Quarto conferatur, molis eſt perexiguæ: Aliquammulta tamen continet Fragmenta prolixiora, & Poematia ſatis concinna incertæ fidei (præter Sapphûs Odaria) quæ ab illo omittuntur. Noſtræ Notæ illius Lucubrationum partem quartam vix æquant. Auſim tamen, Lector, ſpondere tibi, hic eſſe multum in parvo: Anne illic parvum in

multo? Id à me dictum nolo. Nihil certè à nobis prætermiſſum eſt, quod vel minimum in ſe habeat difficultatis. Quod autem ait Vir doctus de Nugis & Ineptiis, & Commentis hominum minus doctorum, [addo ego, vel verbis, & rebus nihili nimis abundantium] quæ negligi debent, & Animadverſionibus criticis non ſunt digna, mihi admodum allubeſcit. Non dico me ea de cauſa multa ab ipſo ſcripta ſcientem præteriiſſe; ſed hoc dico, & verbum non amplius addam:

Turpe eſt difficiles habere Nugas;
Et ſtultus labor eſt Ineptiarum.

Errata Omiſſa.

P. 12. Not. col. 2. l. 9. lege πρὶν. P. 67. Not. col. 2. l. 10. pro *penultimo* lege *viceſimo ſeptimo*. Od. 39. Ver. 5. lege Ἀπορίπτεται. Od. 44. Ver. 9. lege Διολισθανεῖν. P. 116. Not. col. 1. l. 6. lege Ἐρατὸν. Od. 53. Ver. 14. lege χερσὶ. Not. col. 1. l. 3. lege ἑταῖρ'. P. 203. l. 20. lege *dixiſſet*. Præf. p. 13. l. 1. lege *illos*.